STENGEL

QUAESTIONES SACRIFICALES

Bericht

über das

Königl. Joachimsthalsche Gymnasium,

für

das Schuljahr 1878/79

von

Dr. C. Schaper,
Director.

Inhalt:

1) Quaestiones Sacrificales. Vom ordentlichen Lehrer Adjunct Dr. Paul Stengel.
2) Schulnachrichten. Vom Director.

BERLIN.

Druck von J. Dræger's Buchdruckerei (C. Feicht).

1879.

1879. Progr. No. 47.

QUAESTIONES SACRIFICALES.

DE SEXU VICTIMARUM.

Schoemannus (Griech. Altert., tom. II, p. 237), K. Fr. Hermannus (Gottesdienstl. Altert. der Griechen § 26) ceterique qui de sacrificiis apud Graecos usitatis libros conscripserunt, dicunt Arnobium (VII, 19) sequentes, deis feminis feminas, mares maribus hostias Graecos immolasse[1]). Si forte concedendum erit, plerumque deis mares, deabus feminas hostias mactatas esse[2]), tamen non modo ab hac consuetudine saepe recessisse Graecos et hostias utriusque sexus eidem deo sacrificasse scimus, sed etiam interdum praescribitur, ut deae mares hostiae mactentur[3]), C. I. G. 3599, ubi de sacrificio Minervae faciendo agitur, praecipitur *θῦσαι βοῒ θηλείᾳ καὶ προβάτῳ ἄρρενι*. — C. I. G. 1464 legimus: *Δάματρι θύσει χοιρίδιον ἄρσεν, Δεσποίνᾳ χοῖρον ἄρσενα, Περσεφόνᾳ*[4]) *χοῖρον ἄρσενα, [Τ]ύχ[ᾳ] χοῖρον ἄρσενα*, in alio titulo[5]): *Κόρῃ κάπρον τέλειον.*

In insula Samo Diana vocatur *καπροφάγος*[6]). — Aristocles ap. Aelian. de nat. anim. XI, 4

. . . . τὸν ἐς ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ
ταῦρον, ὃν οὐ χειροῦντ' ἀνέρες οὐδὲ δέκα,
τοῦτον γραῦς στείχουσα μόνα μόνον οὔατος ἕλκει
τόνδ' ἐπὶ βωμόν (Cereris).

Plut. quaest. symp. VI, 8, 1: *οἱ Σμυρναῖοι θύουσι Βουβρώστει*[7]) *ταῦρον.* — Lactantius de falsa rel. 21, § 30 dicit, Lunae tauros esse mactatos. — Conzius: Reise auf der

[1]) Schoem. unum exemplum a Pausania (IX, 19, 5) repetitum affert, ubi dicitur Aulide licere hostias cuiusvis sexus Dianae immolare. — cf. Cicero de leg. II, 12, 29.

[2]) cf. Paus. IX, 3, 4: *θήλειαν θύσαντες τῇ Ἥρᾳ βοῦν καὶ ταῦρον τῷ Διΐ.* et Aelian de nat. anim. 10, 16: *Ἀθηναῖοι δὲ ἐν ταῖς μυστηρίαις καταθύουσι τὰς ὗς.* idem 11, 4 (Hermionae) *μεγίστας ἀκούω βοῦς ὑπὸ τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος ἄγεσθαι πρὸς τὸν βωμόν* etc.

[3]) ut deo femina victima immoletur, quamquam permittitur, nullo loco quantum scio praescribitur.

[4]) alia Proserpina ac quae supra dicitur *Δέσποινα.*

[5]) *Ἀθήναιον* a. 1873, tom. II, p. 237.

[6]) v. Hesych.: *καπροφάγος.*

[7]) de hac dea v. Eustath. ad Odyss. XXIV, 531, p. 1363.

Insel Lesbos p. 11, tab. 4, 3 titulum prodit hunc: *ὄκε θέλῃ θύην ἐπὶ τῶ τᾶς Ἀφροδίτας καὶ Πείθως καὶ τῶ Ἑρμᾶ*[8]) *θ[υ]έτω ἰρήϊον, ὄττι κε θέλῃ καὶ ἔρσεν καὶ θῆλυ.* — Plutarchus Thes. c. 18 narrat, Theseo Veneri *θύοντι τὴν αἶγα θήλειαν οὖσαν αὐτομάτως τράγον γενέσθαι· διὸ καὶ καλεῖσθαι τὴν θεὸν Ἐπιτραγίαν.* — corp. inscr. att. II, n. 610: *ἐὰν δὲ ἰδιώτης τις θύῃ τῇ θεῷ* (matri deorum) *διδόναι τὰ ἱερώσυνα τῶν μὲν θηλειῶν τῇ ἱερέᾳ, τῶν δὲ ἀρρένων τῷ ἱερεῖ.* — Vetere inscriptione[9]) in insula Thaso reperta praescribitur: *Νύμφῃσι Κἀπόλλωνι νυμφηγέτῃ θῆλυ καὶ ἄρσεν ἂμ βόλῃ προσέρδειν.* Fortasse mares hostiae Apollini, feminae Nymphis immolandae erant, sed si illum titulum (ap. Conzium) quem supra attuli cum nostro conferimus, confitebimur, etiam intellegi posse, et Apollini et Nymphis hostias utriusque sexus immolandas esse. Inscriptione, quae ad mysteria Andaniae celebranda pertinet[10]) *Μεγάλοις θεοῖς δάμαλιν σῦν* immolare sacerdotes iubentur. *Μεγάλοι θεοί* sunt Cabiri, quorum certe duo inter quattuor (*Ἀξιόκερσος* et *Καδμῖλος*) mares erant. — Aulide Dianae masculas et feminas victimas sacrificatas esse, iam Schoemannus l. l. ex Pausania IX, 19, 5 rettulit. Pausanias dicit: *λέγεται δὲ ὡς ἐν Αὐλίδι πνεῦμα τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἐγίνετο ἐπίφορον. φανέντος δὲ ἐξαίφνης ἀνέμου σφίσιν οὐρίου, θύειν τῇ Ἀρτέμιδι ὅ τι ἕκαστος εἶχε, θήλεά τε ἱερεῖα καὶ ἄρσενα ὁμοίως. καὶ ἀπ' ἐκείνου διαμεμένηκεν ἐν Αὐλίδι πάντα τὰ ἱερεῖα εἶναι δόκιμα.* Cavendum esse puto, ne ex hoc loco coniciamus, Graecos si quando deae mascula animalia mactaverint, sensisse se inusitatum atque inauditum aliquid fecisse, ac quamvis Dianae omne genus victimarum immolari veteres non prohibeant — velut Veneri sues, Iunoni capellas immolari vetant —, tamen mihi Pausaniae »*πάντα τὰ ἱερεῖα*« non solum ad sexum respicere sed etiam ad genera hostiarum videntur pertinere, nam notum est, aliis deis alia animalia gratissima fuisse eisque potissimum esse immolata.

Interdum praescribitur, ut deis immolentur hostiae, quibus idem sexus sit, qui deis, quibus offerantur; velut in illo titulo, cuius supra mentionem fecimus C.I.G. 3599 vs. 21: Minervae *θῦσαι βοῖ θηλείᾳ*, vel in alio (*Ἀθήναιον* II, 237). *Δήμητρι Χλόῃ ὗες δύο καλλιστεύσυσαι ἡ ἑτέρα ἐγκύμων, τὰς ὗς κτλ.* — Scholiastes ad Soph. Oed. Col. 1600 dicit: Thargeliis *κριὸς θήλεια τῇ θεῷ* (Cereri) *θύεται.* — Theocr. 24, 97: *Ζηνὶ δ' ἐπιρρέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον.*

Quibus locis, quod aut praescribitur aut certe commemoratur, qualis hostia deo immolanda sit, non minus demonstratur quam illis, quae supra attuli, non semper necesse esse, sexum victimarum parem esse sexui deorum.

---

8) Keil, Philol. Suppl. II, p. 579 sqq. *Πειθώ* cognomen Veneris esse et *Ἑρμᾶ* casum genetivum putat, deorumque Mercurii et Veneris commune sacrum fuisse suspicatur.

9) Archaeolog. Ztg. 1867, p. 3.

10) Sauppe, Die Mysterieninschrift von Andania. Göttingen 1860.

Separatim tractare statui sacrificia boum, quae Cereri et Minervae praecipue Eleusiniis et Panathenaicis sollemnibus fiebant.

Ovidius fast. IV, 412—414 dicit:

»parva bonae Cereri, sint modo casta, placent;
a bove succincti cultros removete ministri;
bos aret, ignavam sacrificate suem«.

Tamen sine dubio Cereri boves immolabantur; quod paucis exemplis demonstrabimus. C. I. G. 1193 *καὶ συμπομπεύειν καὶ ἄγειν βοῦν .... τὰν θυσίαν, ἂν μέλλει ἄγειν ἁ πόλις τῶν Ἀσιναίων τᾷ Δάματρι τᾷ Χθονίᾳ*[11]) Aelianus de nat. anim. XI, 4 narrat apud Hermionenses maximas boves a Cereris sacerdote ad aram e grege abduci atque mactari. — Lenormant recherches archéol. à Eleusis Nro. 25, p. 70 prodit hunc titulum: *τοὺς ἱεροποιοὺς Ἐλευσινίων [θύσαντες] Ερμῇ ἐναγωνίῳ Χάρισιν αἶγα — Ἀρτέμιδι αἶγα, [Ἰάκ]χῳ Θεοῖν τριττώαν βόαρχον ἐν τῇ ἑορτῇ*[12]).

Sed etiam Eleusiniis constat deabus boves immolatos esse. C. I. Att. II, 442 theori a Milesiis publice missi, ut sollemnibus Eleusiniorum interessent, immolant *[β]οῦν τεῖ Δήμητρι καὶ τ[εῖ Κόρει]*.

Quaestio est de sexu boum. C. I. Att. II, n. 466 legimus: *οἱ ἔφηβοι ἤραντο*[13]) *δὲ καὶ τοῖς μυστηρίοις τοὺς βοῦς ἐν Ἐλευσῖνι τῇ θυσίᾳ καὶ αὐτοὶ ἐβουθύτησαν ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ἱεροῦ, — παρήγαγον δὲ καὶ τοῖς Ἐλευσινίοις βοῦς τροφίας δύο καὶ ἔθυσαν.* Etiamsi non contenderim, omnes illos boves mares fuisse, tantum has duas feminas, tamen multos illorum mares fuisse certum videtur; solas autem feminas deabus sacrificatas esse, ceteros aliis deis, nemini erit persuasum. — C. I. Att. II, 468 et 470 tantum *τοὺς βοῦς* commemorari videmus, et quibus deis hos boves — certo optima et maxime sumptuosa inter omnia animalia quae mactanda erant — immolatos esse putamus, nisi, quae maxime Eleusiniis colebantur Cereri et Proserpinae? Accedit quod in eodem decreto n. 466, quo ephebi laudantur, scriptum videmus: *τοῖς τε Προηροσίοις ἤραντο τοὺς βοῦς ἐν Ἐλευσῖνι*

---

11) cf. Paus. II, 35, 4.

12) A. Mommsenus Heortol., p. 257 suspicatur bovem e suovetaurilibus Jaccho sacrificatum esse, minores hostias Cereri et Proserpinae. Ceterum verisimile est, has omnes hostias mares fuisse. Istrus in etymol. magn. v. *τριττύαν θυσίαν* dicit: *ἐκ βοῶν αἰγῶν ὑῶν ἀρσένων.* Hesychius v. *τρικτεῖρα ἢ τριττύα: θυσία Ἐνυαλίῳ· θύεται δὲ πάντα τρία καὶ ἔνορχα.* Suidas v. *τριττύς*, Photius lex. v. *τριττύα θυσία*, Hesychius v. *τρικτύα τριάδα*, Eustathius ad Od. XI, 130, p. 1676, Aristophanes Plut. 820, Demosthenes Aristocr. 68, Diodorus IV, 39 quum tres hostias enumerent et de generibus animalium inter se differant, in hoc uno consentiunt, quod victimas, quas feminas esse necesse est, omnino non commemorant, omnes autem mares velut *ταῦρον, κάπρον, τράγον.* — *δαμάλαν* ap. Theocr. epigr. IV, 17 vitulum significare puto.

13) cf. E. Curtius, Gött. Anz. 1860, p. 336. — Mommsen, Heortol., p. 258.

καὶ ἐλειτούργησαν ἐν τῷ ἱερῷ εὐτάκτως. Proerosia autem ferias messium aut ferias sementivas fuisse celebratas Cereri constat[14]).

Aliter res videtur se habere in sacrificiis boum — imprimis sollemnibus Panathenaicis — Minervae factis.

Il. VI, 93 (Minervae) .... *δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ*
ἤνις ἠκέστας ἱερευσέμεν.

C. I. Att. II, n. 471: *οἱ ἔφηβοι καὶ τῆς θυσίας τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Νίκῃ συνεπόμπευσαν καλῶς καὶ εὐσχημόνως βοῦν συνπέμψαντες, ἣν καὶ ἔθυσαν ἐν ἀκροπόλει τῇ θεῷ.* C. I. Att. n. 163 ubi de Panathenaeis quotannis celebrandis decernitur, legimus: *οἱ ἱερ[οποιοὶ μετὰ τῶν β]οωνῶν πέμψαντες τὴν πομπὴν τῇ θε[ῷ θυόντων τα]ύτας τὰς βοῦς ἁπάσας ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς [Ἀθηνᾶς τῷ με]γάλῳ, μίαν δὲ ἐπὶ τῷ τῆς Νίκης προκρί[ναντες ἐκ τῶν] καλλιστευουσῶν βοῶν καὶ θύσαντες τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Νίκῃ ἁπασῶν τῶν βοῶν*[15]). — Cornut. cap. 20: *ταῖς ἀγελαίαις βουσὶν ὁμοίως, ἃς μάλιστα θύουσι τῇ Ἀθηνᾷ.* — Gerhardus: Rapporto Volcenti, p. 134, n. 190 imaginem describit: sacrifizio minervale della vacca. De M. vacca condotta verso l' altare da un uome e due donne. — Il. II, 550:

ἔνθα δέ μιν ταύροισι καὶ ἀρνείοις ἱλάονται
κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

Vocabulum *μιν* ad Minervam aut ad Erechtheum referri potest: Scholiastes dicit ad hunc esse referendum, nam »*τῇ Ἀθηνᾶ θήλεα θύουσιν*«. Tamen A. Mommsenus, Heortologie, p. 196, ubi de feriis Panathenaicis disserit, non certum esse putat, omnes boves feminas fuisse. Pausaniam enim dicit prodere (I, 27, 9), Theseum Minervae taurum Marathonium immolasse, alibi (C. I. G. n. 3599) Minervae arietem mactari. At Plutarchus Thes. 14 perhibet: *ὁ δὲ Θησεὺς τὸν Μαραθώνιον ταῦρον τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν.* Arietem deae immolatum esse constat, at praeter illum titulum, quo haec victima poscitur, dubiamque narrationem Pausaniae mihi quidem nullum exemplum notum est, quo Minervae masculam victimam mactatam esse tradatur; bovem marem ei unquam immolatum esse, eius rei omnino certum exemplum non videtur extare. C. I. G. n. 2360 de sollemnibus Coressiae ab Iuletis celebrandis agitur, quae Boeckhius Minervae di-

14) vgl. Griech. Mythol. Preller-Plew I, p. 636.

15) Scholiastes ad Aristoph. nub. 386 dicit: *πασῶν τῶν ἀποικισθεισῶν ἀπ' Ἀθηνῶν πόλεων πεμπούσης ἑκάστης ἀνὰ ἕνα βοῦν εἰς τὴν θυσίαν* — loquitur de Panathenaeis celebrandis — *καὶ ἕτερα ἱερεῖα.* — Scholiasten hoc accurate scripsisse et voluisse marem bovem significare, mihi persuadere non potui. Verbis *ἕνα βοῦν* cogito eum nihil aliud dixisse quam quod nos dicimus: »ein Rind«. Hoc loco »*ἕνα*« habemus, plerumque autem una litera discernitur, boves feminae an mares fuerint. Maxime igitur cavendum esse puto, ne testimonia scriptorum tantundem valere existimemus, quantum accuratissime incisa publica decreta.

cata esse suspicatur. Verba tituli haec sunt: *θύειν δὲ τὸν μὲν βοῦν βεβληκότα τὴν δὲ οἶν βεβληκυῖαν τοὺς ὀδόντας καὶ ὖα.* Praeter ovem et suem mas bos commemoratur; at non modo maxime dubium est, cui deo feriae celebratae sint, sed ignoraremus etiam si vero sollemnia Minervae dicatae essent[16]), num bos *ἐκ τριττύας* Minervae destinatus esset[17]). Dixerit quispiam ex titulo C. I. G. n. 3599 *θῦσαι βοῒ θηλείᾳ καὶ προβάτῳ ἄρρενι κτλ.* conici posse, Minervae in aliis sacrificiis etiam mares boves immolatos esse. Sed quomodo hoc loco exprimi poterat, ei feminam bovem mactandam esse? Vocabulum *θηλείᾳ* adiungi necesse erat, nam *θῦσαι βοῒ καὶ προβάτῳ ἄρρενι* facile perperam intellegi potuit. Ita demonstravisse videor, Cereri et feminas et mares boves immolatos esse, boves Eleusiniis ei immolatos magnam partem mares fuisse; Minervae Panathenaeis tantum vaccas esse sacrificatas, certeque verisimile esse, omnino ei marem bovem non esse mactatum.

Restat, ut pauca de sexu animalium deis inferis mactatorum adiciamus. Schoemannus (l. l. II, p. 236) aliique viri docti dicunt, deis inferis tantum feminas aut castratas victimas immolatas esse, mares non esse. Unum exemplum afferre possum, quo praescribitur, ut Proserpinae — hanc enim Plutonis coniugem in numero inferorum deorum habebimus[18]) — aper immoletur, alterumque, quo praecipi videtur, ut Plutoni aries sacrificetur. Quod ad prius sacrificium Proserpinae factum attinet, fortasse quispiam responderit non necesse esse Proserpinam inter inferos deos numerare, in altero video multa dubia esse mansura. At certe mentionem faciam utriusque. Liceat antea commemorem heroibus mortuisque maribus — i. e. non castratis — animalibus sacrificia facta esse[19]). Pausanias (IV, 32, 3) narrat Messenios Aristomeni taurum immolare (*ταῦρον, ὃν ἐναγίζειν μέλλουσιν*). Philostratus (Her. XIX, 741) perhibet, Thessalos Troiam navigantes quotannis Achilli sacra facere solitos esse »*ἀνακαλοῦντες τὸν Ἀχιλλέα καὶ βόθρους ὀρύξαντες τὸν ταῦρον τὸν μέλανα ὡς τεθνεῶτι ἔσφαττον.* — in tit. ap. Kaibel[20]), n. 461: *ταῦρον ἐνήγιζεν*[21]). Plutarchus Aristid. 21 dicit Plataeenses tauro in proelio occisis sacra facere. At redeamus ad propositum. In illo titulo Myconio[22]) quem iam saepius commemoravi legimus: *Κόρῃ κάπρον τέλεον.* De hoc igitur non dubitandum est. Venimus ad alterum sacrificium

---

16) sus etiam hostia Minervae propria non videtur fuisse.

17) cf. Mommsen, Heortol., p. 257 ad titulum ap. Lenorm. recherches archéol. à Eleusis. n. 25 p. 70 sqq.

18) cf. titulum C. I. G. 26 columnis illis Herodis Attici inscriptum.

19) cf. autem etymol. magn. p. 345.

20) Griech. Epigramme. Berol. 1878.

21) cf. Paus. II, 10, 1. Luc. de luctu c. 9. C. I. G. 1051.

22) *Ἀθήναιον* II, p. 237.

Plutoni factum. Kaibel v. n. 1034 titulum affert, quo Caliupolitis a nescio quo deo heroeve Aeni in urbe culto oraculum datur ad pestilentiam avertendam[23]).

εἰ [νῦ]ν ὀπὲ[κ] μ[έλ]εσθε ἄχους λεύσ[σ]ειν ὀπε[ξ]άλυ[ξ]ιν
ἔρδειν ὀπουδαίοις θεοῖς ε[ὖ ἴ]σθ' ἕκαστα λοιβάς·
καὶ τῷ μὲν Εὐχαίτη[ι] ταμεῖν κνηκόν, θε[αῖ] δὲ μῆλο[ν]
κελαιν[ὰ] δ' ἄμφω . . . . βόθρους δ' ἐπὴν ἐσέλθῃ
αἷμα μέλαν, τότε δὴ [ῥα] χυτὴν κατάχευαι ὕπερθεν
σὺν ἀθροῖσιν ἄχεσσι· τὰ δ' αὐτίκα δηνύσθω φλόξ
εἶθαρ σὺν θυέεσσι καὶ εὐόδμοις λιβάνοισι,
καὶ μὲν πυρκαιὴν χρὴ ἀφ[αγνίσ]αι [α]ἴθοπι [ο]ἴνῳ
καὶ πολιῷι [πε]λάγει κτλ.

Εὐχαίτης aliis locis quantum scio nec Pluto neque alius deus nominatur. Tamen certum videtur voce *Εὐχαίτῃ* Plutonem, *θεᾷ* Proserpinam significari. Quos tandem hoc loco deos cogitare possumus, quibus nigrae oves mactandae sint, quarum sanguis in fossam effundatur, nisi Plutonem et Proserpinam? Quaestio est de voce *κνηκός*. Bis invenimus vocabulum in carminibus Theocriti, semel in carmine Antholog. Pal.

Theocr. III, 5 . . . *καὶ τὸν ἐνόρχαν*
τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τι κορύψῃ.

Theocr. VII, 16: *εἶχε τράγοιο — κνακόν.* Anthol. Pal. VI, 32, 4 *κνακὸν ὀπηνήταν τόν δ' ἀνέθηκε τράγον.*

Priore loco Theocriti *κνάκων* videtur arietem significare; altero loco vocem ad colorem pertinere Fritzschius putat. At licet *κνηκός* ad colorem pertineat et a colore haec appellatio arietis sumpta sit, in nostro titulo certe nihil aliud nisi aries — et is quidem niger – vocabulo significari potest; atque etiam Theocr. III, 5 *κνάκωνα* potius arietem quam flavum intellegemus. Quod ad sexum attinet, accedit, quod et in altero carmine Theocriti et in illo Anthol. Pal. VI, 32, 4 *κνακόν* de ariete (*τράγος*) dicitur, nostro autem in titulo *κνηκός* opponitur *μήλῳ* — *μῆλον* et marem et feminam ovem significat[24]) —, quod Proserpinae immolandum sit. Confitebimur, verisimile esse, Plutoni arietem esse sacrificatum.

---

23) cf. C. I. G. n. 3538.
24) cf. Od. IX, 438 *ἄρσενα μῆλα.*

DE AETATE VICTIMARUM.

In universum credere licet, legem valuisse, ut hostiae maturitate quadam aetatis essent[25]). »Nullum animal in proprios usus mactabant, quin eius aliquam partem deo consecrarent adolendam[26])«, et in proprios usus pecora plerumque non mactata esse, priusquam maturitatem quandam adepta essent, demonstrare opus non videtur. Saepe etiam praescribi videmus, ut *ἱερεῖα τέλεια* immolentur. Velut titulo ap. Rangabé ant. hell. n. 821 b[27]): *τῷ Ποσειδᾶνι ἱερεῖον τέλειον καὶ τῷ Δὶ τῷ Σωτῆρι ἱερεῖον τέλειον*; tit. illo Myconio *'Αθήναιον* II, p. 238 *Κόρῃ κάπρον τέλεον 'Αχελωίῳ τέλειων*; tit. vetere Rhodio bulletin de corresp. hell. VIII, (1878), p. 615 *Ποτειδᾶνι Φυταλμίῳ ὗς τέλεος.* Scholiastes ad Aristoph. Acharn. 785 etiam dicit: *καὶ καθόλου, ὅπερ ἂν μὴ ᾖ τέλειον καὶ ὑγιὲς, οὐ θύεται τοῖς θεοῖς.* At quot annos vel menses *ἱερεῖα τέλεια* nata erant? Veteres ipsi in hac re longe inter se dissenserunt. Hesychius v. *τέλεια* dicit: *τέλεια ἱερὰ τὰ' ἐνιαύσια, οἱ δὲ τὰ ἡμέρας δέκα ὑπερβεβηκότα.* Hoc falsum esse, inscriptionibus docemur. C. I. G. 2656 praescribitur: *ἐμβαλλέτωσαν δὲ οἱ θύοντες ἐπὶ μὲν τῷ τελείῳ ὀβολοὺς δύο, ἐπὶ δὲ γαλαθεινῷ ὀβολόν.* C. I. A. II, n. 610 *διδόναι τῇ ἱερείᾳ γαληθινοῦ μὲν — τοῦ δὲ τελέου κτλ. γαλαθηνά* igitur i. e. lactentia animalia *τελείοις* opponi videmus; animalia autem, quae modo decem dies excesserunt, sunt lactentia[28]). De ovibus dicit Androtion ap. Athen. IX, 17, p. 375: *ἦν παλαιὸς νόμος (τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκεν τῶν θρεμμάτων) μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον ἢ ἄτοκον, καὶ νῦν δὲ κτλ.* et Philocharus ap. Athen. I, 16, 9: *καὶ κεκωλύσθαι 'Αθήνησιν ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι (ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως).* Certe lex modo breve tempus valuit, et Athenis minus inaudita fuit, quod, si veteri scriptori fidem habemus[29]), in urbe Minervae agni omnino non immolabantur.

Ceteris deis et Athenis et aliis locis agni mactabantur[30]).

---

25) vgl. Hermann, Gottesd. Altt., § 26, adn. 21.

26) Sturz, lex Xenoph. II, p. 564.

27) cf. Keil, Philologus Suppl. II, p. 623.

28) cf. Lenz, Naturgesch. Gotha 1851. de vitulis et ovibus I, p. 654; de porcellis, p. 468.

29) Androtion ap. Ath. IX, 17, p. 375: *καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς 'Αθηνᾶς ἱέρειαν ἔθος οὐ θύειν ἀμνήν.*

30) Aristoph. ran. 847 Athenis agni immolantur ventis: *ἄρν' ἄρνα μέλανα παῖδες ἐξενέγκατε, τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.* inscr. *'Αθήναιον* II, p. 237: *Ποσειδῶνι ἀμνός λευκός*; Il. 23, 864 *ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην* (Apollini); Paus. II, 24, 1 *θυομένης δὲ ἀρνός* (Apollini); Paus. II, 10, 1 *καὶ νῦν ἔτι ἄρνα οἱ Σικυώνιοι σφάξαντες* (Herculi); Andaniae immolabantur *ὑπὲρ τοὺς πρωτομύστας ἄρνες ἑκατόν* et *πρὸ τοῦ ἄρχεσθαι τῶν μυστηρίων ἄρνες δύο λευκοί*; Theocr. V, 149: *ταῖς Νύμφαις τὰν ἀμνίδ'.* Paus. VI, 2, 2 *μαντικὴ δὲ ἡ μὲν ἐρίφων καὶ ἀρνῶν τε καὶ μόσχων ἐκ παλαιοῦ δήλη καθεστῶσά ἐστιν ἀνθρώποις*; tit. ap. Rang. l. l. II, 2336 *τῶν ἀμνῶν σκέλος ἑκάστου.* Luc. de sacrif. 12: *προσάγουσι τὰς θυσίας, ἄρνα δὲ ὁ ποιμήν.* etc.

Intellegimus, nos hoc modo non multum proficere, singula igitur exempla persequamur et quot habemus praecepta. Istrus in etymol. magn. v. *τριττύαν θυσίαν* dicit sacrificium constare *ἐκ βοῶν, αἰγῶν, ὑῶν ἀρσένων, πάντων τριετῶν*, Theognostus: *τριττύα ἡ θυσία ἥτις ἐκ τριῶν ζώων ἢ ὅτι τριετῆ ἦν τὰ θυόμενα.* C. I. G. 3538[31]). Pergamenis ab Apolline oraculum datur ad pestilentiam avertendam:

ἑπτὰ γεραιρόντων εἰς ἤματα μῆρ' ἐπὶ βωμῶν
. . . . τριένου δὲ βοὸς Διὶ καὶ Διὶ Βάκχῳ
ὡσαύτως καὶ παιδὶ Κορωνίδος.

Arietem trium annorum se immolaturum esse Iovi promittit Ganymedes Luc. dial. deor. 4, 2: *κριὸν τυθήσεσθαι· ἔχομεν δὲ τὸν τριετῆ τὸν μέγαν.* — C. I. G. 2360[32]) victimae enumerantur Suovetaurilibus destinatae[33]): *θύειν δὲ τὸν μὲν βοῦν βεβληκότα, τὴν δὲ οἶν βεβληκυῖαν τοὺς ὀδόντας καὶ ὗα θύειν μὴ πρεσβύτερον ἐνιαυσίου καὶ* . . .[34]). Aristoteles hist. anim. 6, 21 dicit: *τοὺς ὀδόντας βάλλει βοῦς διέτης καὶ οὐκ ἀθρόους ἀλλ' ὥσπερ ἵππος*, re vera autem et bos et ovis singulis annis aetatis usque ad peractum tertium binos dentes eiiciunt; animalia igitur, quae primum abiecerunt dentes, primum aetatis annum peregerunt, quae postremum, trium annorum sunt. Haec esse sacrificanda, certum est. C. I. G. 3538 praecipitur ut Minervae iuvenca duorum annorum immoletur (*Παλλάδι μὲν μόσχου διετήρονος*); inscriptione de mysteriis Andaniae celebrandis, ut Cabiris sus eiusdem aetatis mactetur: *τοῖς Μεγάλοις θεοῖς δάμαλιν διετῆ σῦν.* Titulo illo Myconio[35]) destinantur *Σεμέλῃ ἐτήσιον, Διονύσῳ Ληνεῖ ἐτήσιον, Διὶ Χθονίῳ Γῇ Χθονίῃ δερτὰ*[36]) *μέλανα ἐτήσια.* Il. VI, 93 et X, 292 boves unius anni immolantur, Il. II, 403 taurus quinque annorum et Od. XIV, 419 aper quinque annorum[37]). Graviora his exemplis praecepta illa ex inscriptionibus allata esse, omnibus persuasum erit, praesertim cum inter se non longe differant.

Tamen pro certo non affirmaverim, consuetudinem fuisse, ut boves ovesque duorum vel trium annorum immolarentur, sues, primo aut secundo anno aetatis peracto.

Deinde autem veteres praeter haec adulta animalia novellos agnos porcos vitulos capellas immolare solebant. Agnorum sacrificia fuisse usitatissima, supra (p. 7) vidi-

---

31) circiter imperatore M. Antonino.
32) in insula Ceo reperta.
33) cui deo sollemnia dicata sint, ignoramus.
34) sus immolandus annorum et paucorum mensium est; omnia igitur animalia Solitaurilibus destinata trium annorum fuisse, ab illis scriptoribus non recte proditum videtur. cf. etiam Theocr. epigr. IV, 17.
35) *Ἀθήναιον* 1873, tom. II, p. 238.
36) adn. Cumanudis: *τὰ ὁποῖα φαίνονταί μοι ὡς τὰ τῆς συνηθείας σφαχτά.*
37) cf. Aristoph. Ach. 783.

mus, porcellorum non rariora fuisse ex multis exemplis apparet. Ad lustrandos homines vel locos porcellos maxime idoneos habitos esse, pernotum est. Apoll. Rhod. Schol. 4, 704: *λυτήριον τὸ καθάρσιον λέγει, ὅ ἐστι χοιρίδιον μικρὸν, ὅπερ οἱ ἁγνίζοντες θύσαντες τὰς χεῖρας τοῦ ἁγνιζομένου τῷ αἵματι αὐτοῦ βρέχουσιν.* Veterem imaginem habemus[38]) in qua Orestes ab Apolline porcello lustratus cernitur. Schol. Aristoph. Eir. 374: *ἡ Δημήτηρ χοιροκτόνος ἦν, ὅτι τοῖς μυουμένοις ἐστὶν ἔθος χοιρίδιον θύειν ἐξ ἀνάγκης.* inscr. de myst. And. *ὅταν ἐν τῷ θεάτρῳ καθαίρει* (sc. *ὁ ἱερεύς*), *χοιρίσκους τρεῖς*[39]). Porphyr. vita Pythag. 36: *ἀλφίτοις καὶ μύῤῥᾳ τοὺς θεοὺς ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις δ' ἥκιστα, πλὴν εἰ μήποτε ἀλεκτορίσιν καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλωτάτοις.*

Vituli immolantur Veneri Luc. dial. meretr. 7, 1 *θῦσαι τῇ Οὐρανίᾳ δὲ καὶ τῇ ἐν κήποις δάμαλιν ἑκατέρᾳ* —; Babrius fab. 37: *ὁ δὲ μόσχος ἀδμὴς — βωμὸν αἵματος πλήσων* —; agni vituli capellae Paus. VI, 2, 2 *μαντικὴ δὲ ἡ μὲν ἐρίφων καὶ ἀρνῶν τε καὶ μόσχων ἐστίν.* Arrian. de venat. c. 34 *οἱ δὲ μόσχον θύσαντες.* In imagine[40]) capella Baccho immolata reperitur. inscr. ap. Rossium Hellen. II, p. 112, n. 45. Soli capella sacrificatur: *Ἁλίῳ ἔριφον λευκὸν ἢ πυρρόν.* Aelianus etiam narrat (de nat. anim. 12, 34). Tenedios Baccho vitulum iam modo natum immolavisse: *Τενέδιοι τῷ Διονύσῳ τρέφουσι κύουσαν βοῦν, τὸ δὲ ἀρτιγενὲς βρέφος καταθύουσιν.*

Quamquam tam recentia animalia saepius immolata esse non verisimile est, tamen mihi certum videtur, sacrificia lactentium animalium usitatissima fuisse.

Aesch. Eum. 430:

ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ.

Thebis deis inferis lactentes porcelli sacrificabantur. Paus. IX, 8, 1: *καὶ ἐς τὰ μέγαρα καλούμενα ἀφιᾶσιν ὗς τῶν νεογνῶν.*

Plurimum autem valent inscriptiones, quarum supra mentionem fecimus:

C. I. G. 2656[41]) *ἐνβαλλέτωσαν δὲ οἱ θύοντες ἐπὶ μὲν τῷ τελείῳ ὀβολοὺς δύο, ἐπὶ δὲ γαλαθεινῷ ὀβολόν.*

C. C. I. Att. n. 610[42]) *ἐὰν δὲ ἰδιώτης τις θύῃ τῇ θεῷ διδόναι τῇ ἱερέᾳ γαληθινοῦ μὲν — τοῦ δὲ τελέου.*

---

38) v. Feuerbach, nachgelass. Schriften 4, 63.

39) cf. etymol. m., p. 255 *δέλφαξ: ὁ γαλαθηνὸς χοῖρος,* et *Ἐπίχαρμος: δέλφακά τε τὴν γείτονα τοῖς Ἐλευσινίοις.*

40) Heydemann, Vasen des museo nazionale zu Neapel n. 2411.

41) reperta Halycarnassi; circiter Augusti temporibus.

42) saec. IV.

Accedunt fragmenta inscriptionum ap. Rangabé II, 2336: *γαλαθηνοῦ* ΙC[43]) et II, 816[44]) *Ἥρας ἱερείᾳ ἱερώσυνα: . . . . τελέου*[45])ΗΗΗ. Hoc loco de pellibus victimarum adultarum agi consentaneum est. Pro quaque pelle sacerdoti dermaticum ternarum drachmarum solutum videtur[46]). In Myconio denique titulo[47]) scriptum videmus: *Ἀχελωίῳ τέλειον καὶ δέκα ἄρνες* et paulo infra *τέλειον καὶ ἕτερα δύο.*

Perspicuum est, saepissime lactentia animalia deis oblata esse. Hesychium denique meminerimus v. *τέλεια* dicere: *τέλεια ἱερὰ τὰ ἐνιαύσια, οἱ δὲ τὰ ἡμέρας δέκα ὑπερβεβηκότα.* Vox *τέλεια* significat matura, apta ad sacrificium animalia; nemo autem animalia undecim vel duodecim dierum *τέλεια* dixisset, nisi animalia huius aetatis saepe sacrificata essent.

Pauca adiciamus de victimis, quae *ἄζυγες* vel *ἄδμητοι* dicuntur. Quibus vocabulis primum significantur animalia, quae nondum iugis subdita sunt, laboresque nondum tolerant[48]).

Notum est, veteres vetare, bovem aratorem immolari, »*ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός*[49])«.

Interdum quidem boves aratores sacrificari videmus, velut Lindii Herculi bove rem divinam faciunt[50]), Thebani Apollini[51]); semper autem sacrificantes varias ambages nexuisse fabulasque finxisse, quibus factum excusarent, scriptores produnt. Anab. VI, 2, 22 Xenophon immolat *βοῦς ὑπὸ ἁμάξης*, »*καὶ γὰρ πρόβατα οὐκέτι ἦν*«, et § 25: *βοῦν ὑπὸ ἁμάξης* (*ἔθυσεν*), »*οὐ γὰρ ἦν ἄλλα ἱερεῖα*[52])«.

Altera autem vis, quae vocabulis *ἄζυξ ἄδμητος* subest, est vis virginitatis. Persuadere mihi non potui, Graecos virgines victimas omnibus deis gratiores esse putavisse quam alias[53]). Ut supra vidimus (p. 7) Androtion ap. Athen. IX, 17, p. 375 dicit, vetere etiam lege sancitum fuisse, ne agnus immolaretur, priusquam tonsus esset, neve ovis, priusquam peperisset. — Verum esse mihi videtur, Minervae virgini virgines victimas placuisse, minime autem, ut exemplum afferam, Cereri[54]).

---

43) C. I. Att. II, 632. — 44) C. I. Att. II, 631.

45) sacerdotem igitur etiam *γαλαθηνοὺς* hostias immolasse conicere licet.

46) cf. Boeckh. ind. lect. Berol. 1835—36, p. 6.

47) *Ἀθήναιον* II, p. 238.

48) cf. Babr. fab. 37.

49) Aelian. var. hist. 5, 14. cf. Ael. de nat. an. 12, 34; Babr. fab. 37; Schol. Arat. Phaen. v. 132.

50) Philostr. imagg. 2, 24; cf. Parthenios *διήγησις* XI, Lactant. de falsa rel. I, 21.

51) Paus. II, 10, 1.

52) Posteris temporibus boves aratores saepius sacrificati videntur. Luc. de sacrif. 12 *προσάγουσι τὰς θυσίας, βοῦν μὲν ἀροτῆρα ὁ γεωργὸς κτλ.* cf. Juvenal. X, 270.

53) cf. autem praeter alios Hermann, l. l. § 26, adn. 19.

54) matri mammosae, v. Lucret. IV, 1168; Arnob. 3, p. 105; 6, p. 209.

Il. VI, 93 Minervae

. . . . βοῦς ἐνὶ νηῷ
ἤνις ἠκέστας ἱερεύσεμεν.

Il. X, 292 σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἤνιν εὐρυμέτωπον ἀδμήτην.

C. I. G. n. 3538: Παλλάδι μὲν μόσχου διετήρονος ἄζυγος ἁγνοῦ δαίοντες.

Contra Cereri matres victimae gratissimae videntur fuisse.

C. I. Att. II, 466 παρήγαγον δὲ καὶ τοῖς Ἐλευσινίοις βοῦς τροφίας δύο καὶ ἔθυσαν.

Scrofa in mysteriis Eleusiniis immolata saepissime reperitur non modo in Eleusiniis nummis sed etiam aliarum urbium, in quibus praecipue Cererem esse cultam constat[55].

Deinde saepius praescribitur, ut Cereri praegnantia animalia immolentur.

Inscr. de myst. And.: θυσάντω τᾷ μὲν Δάματρι σῦν ἐπίτοκα. Alia inscriptione[56]; Δήμητρι Χλόῃ ὕες δύο καλλιστεύουσαι ἡ ἑτέρα ἐγκύμων et paullo infra Δήμητρι ὗν ἐγκύμονα πρωτοτόκον.

Ac Cornutus de nat. deor. c. 28, p. 211 prodit, usitatissime sacrificia suum gravidarum Cereri facta esse: θύουσι δ' ὗς ἐγκύμονας τῇ Δήμητρι πάνυ οἰκείως.

Atque etiam aliis deis praegnantia animalia immolabantur. Paus. II, 11, 4 dicit Eumenidibus Sicyone oves praegnantes mactatas esse: κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφισιν ἄγουσι θύοντες πρόβατα ἐγκύμονα. IX, 25, 6: Pelargae heroidi Boeotiae victimam praegnantem immolatam esse: καὶ οἱ θυσία φέρον ἐν τῇ γαστρὶ ἱερεῖον. Quin etiam Dianae videntur in insula Patmo[57]) praegnantes caprae immolatae esse.

Kaibel epigr. gr. n. 872

. . . . . Πατνίῃ παραβώμια ῥέξαι
σπαιρόντων αἰγῶν ἔμβρυα καλλιθύτων[58]).

---

[55]) v. Eckhel, doctr. num. vet. II, 222 et Ephemer. litt. Jen. 1802, vol. III, p. 8. — cf. Aelian. de nat. anim. 10, 16.

[56]) Ἀθήναιον 1873, II, p. 237.

[57]) cf. Welcker, Mus. rhen. III, 269.

[58]) sterilis bos dis inferis immolatur. Od. X, 522.

DE COLORE VICTIMARUM.

Nigra animalia imprimis deis inferis et heroibus sacrificabantur.

Od. XI, 33 Ulixes immolat inferis et Tiresiae nigras oves[59]).

Kaibel epigr. 1034[60]).

καὶ τῷ μὲν Εὐχαίτῃ ταμεῖν κνηκὸν θε[αῖ] δὲ μῆλον
κελαι[ν]ὰ [δ᾽] ἄμφω . . . .

Il. III, 103 *ἄρνα μέλαιναν Γῇ*. — inscr. *᾿Αθήναιον* II, p. 237 *Διὶ Χθονίῳ καὶ Γῇ Χθονίῃ δερτὰ μέλανα ἐτήσια.* Orestes Eumenidibus ovem nigram immolat: Istrus ap. Schol. Soph. Oed. Col. 42: *καὶ ὁλοκαυτήσαντι αὐταῖς οἶν μέλαιναν ἐν Καρνείᾳ τῆς Πελοποννήσου.*

Pelopi Olympiae niger aries mactatur. Paus. V, 13, 2: *τὸ δὲ ἱερεῖόν ἐστι κριὸς μέλας.*

Thessali Troiam navigantes Achilli nigrum taurum immolant. Philostr. Heroic. 19, p. 741: *ἀνακαλοῦντες τὸν ᾿Αχιλλέα ταῦρον τὸν μέλανα ὡς τεθνεῶτι ἔσφαττον.*

Strabo VI, 53: *ἐναγίζουσι δὲ Κάλχαντι μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι.*

Eurip. El. 516 (cf. v. 92) Orestes in tumulo Agamemnonis ovem nigram mactat[61]).

Deinde etiam aliis atrocibus deis nigrae victimae mactantur; velut ab Atheniensibus perniciosis ventis. Aristoph. ran. 848 et Schol.: *τοὺς δὲ καταιγιδώδεις ἀνέμους τυφῶς καλοῦσι· τούτῳ ἐνόμιζον μέλανα ἄρνα σφάζειν, ὅπως λήξῃ τὸ πνεῦμα.* — A Smyrnaeis Bubrosti: Plut. qu. symp. 6, 8, 1 *Σμυρναῖοι θύουσι Βουβρώστει ταῦρον μέλανα καὶ κατακόψαντες αὐτοδόρον ὁλοκαυτοῦσιν.*

Epimenides cum Athenas lustraret et nigras et albas oves mactavit. Diog. Laert. I, p. 110 *᾿Επιμενίδης ἐκάθηρεν τὴν πόλιν αὐτῶν* (Atheniensium) *καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τοῦτον τὸν τρόπον. λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ ἤγαγεν πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον.*

Neptuno denique, domino ravi maris, *κυανοχαίτῃ*, saepe nigra animalia sacrificabantur.

Od. III, 6 . . . . . *ἱερὰ ῥέζον, ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ*[62])
ταύρους παμμέλανας.

Cornutus de nat. deor. 22: *καὶ θύουσιν αὐτῷ* (Neptuno) *ταύρους παμμέλανας διὰ τὴν χροιὰν πελάγους.*

---

[59]) cf. Philostr. imag. XI, 33; Paus. X, 29, 1.

[60]) cf. p. 6.

[61]) cf. Hor. Sat. I, 8, 27: Canidia cum manes evocet, pullam agnam mactat.

[62]) Didymus ad Od. III, 6: *ἔθυον Ποσειδῶνι ταύρους μέλανας διὰ τὴν χροίαν τοῦ ὕδατος τὴν ἐκ τοῦ βάθους.*

Sed etiam alba animalia Neptuno immolabantur.

Ἀθήναιον II, p. 237 in tit. Myconio *Ποσειδῶνι Τεμενίτῃ κριὸς καλλιστεύων λευκὸς* et paulo infra *Ποσειδῶνι Φυκίῳ ἀμνὸς λευκός*. Albus taurus ei immolatur Pind. Ol. 13, 99 (69) *θύων ταῦρον ἀργᾶντα*[63]) *πατρὶ δεῖξον*. Rubentes vel fulvi boves Neptuno sacrificantur Pind. Pyth. 4, 365 (205)

ἐνθ' ἁγνὸν Ποσειδα-
ῶνος, ἕσσαντ' εἰναλίου τέμενος·
φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα ταύρων ὑπᾶρχεν
καὶ νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.

Ut inferis potissimum nigra animalia sacrificantur, ita Soli caelesti alba.

Il. III, 103 Terrae niger, Soli albus agnus mactatur:

οἴσετε δ' ἄρν' ἕτερον λευκόν, ἑτέραν δὲ μέλαιναν
Γῇ τε καὶ Ἠελίῳ.

Philostr. Her. XI, 1, p. 309: *προσήκει δὲ καὶ ἀνίσχοντι τῷ Ἡλίῳ εὔχεσθαι πῶλον αὐτῷ καταθύσαντες λευκόν τε καὶ ἄνετον.*

In insula Rhodo Soli capella alba vel rubra immolatur inscr. ap. Ross. Hell. II, p. 112: *Ἁλίῳ ἔριφον λευκὸν ἢ πυρρόν*[64]).

Album equum Athenienses mactant heroi Toxari. Luc. Scyth. II, *ὁ δ' οὖν μισθός τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ λευκὸς ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι.*

Album equum etiam Arcades:

Tzetz. ad. Lycophr. v. 483: *ἄλλοι δέ φασιν ὅτι Ἀρκάδες θυσίας θεοῖς κατέδειξαν, ἵππον λευκόν*[65]).

Albi agni et albus (?) aries immolabantur Andaniae cum mysteria celebrarentur. inscr. And. *πρὸ τοῦ ἄρχεσθαι τῶν μυστηρίων ἄρνας δύο λευκούς, ἐπὶ τοῦ καθαρμοῦ κριὸν εὔχρουν.*

Veneri etiam hilari et lascivae a meretricibus alba capella immolatur. Luc. dial. mer. 7, 1: *ἂν ἔτι τοιοῦτον ἐραστὴν εὕρωμεν, οἷος ὁ Χαιρέας ἐστί, θῦσαι μὲν τῇ Πανδήμῳ δεήσει λευκὴν μηκάδα*[66]).

---

63) Scholiastes *ἀργᾶντα* s. *ἀργὸν* splendentem i. e. egregium taurum significare non recte iudicare videtur.

64) Rubro colore vividam quandam et vigentem vim exprimi, Bähr, mos. Symb., p. 348 sqq. copiose exponit.

65) cf. Herod. VII, 113 *τὸν Στρύμονα, ἐς τὸν οἱ μάγοι* (Persarum) *ἐκαλλιρέοντο σφάζοντες ἵππους λευκούς.*

66) Strabo 17, p. 809 narrat Arabes Veneri albam vaccam alere.

DE SINGULARUM PARTIUM VICTIMARUM USU ET CONSUMPTIONE.

A. DE PARTIBUS, QUAE DEIS COMBUSTAE SINT.

Notum est, saepe totas victimas vel combustas vel in terram infossas esse, inferis mortuisque sacrificatas aut lustrandi causa mactatas[67]). Haec holocautomata quae dicuntur praetereamus. Aliarum hostiarum deis certae partes comburebantur. Multum a doctis viris disputatum est, praeter ossa et sebum caro combusta sit necne[68]). Illud Boeckhii[69]), Lacedaemonios sola ossa cremasse, Athenienses etiam carnem, exemplis probare non possum, sed certissimum videtur omnino carnem deis esse combustam. Ad exempla, quibus Nitzschius l. l. hoc factum esse probare conatur, hoc loco tantum adiungamus Athen. IV, 27, p. 146:

οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν καὶ τὴν χολὴν ὀστᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς ἐπιθέντες κτλ.

Poll. VI, 55: *Ἑρμοῦ δὲ κλῆρος ἡ πρώτη τῶν κρεῶν μοῖρα.*

Arist. av. 900 vituperatur, quod deis tantum ossa sine carne combusta sint. — Suidas v. *Καρικὸν θῦμα: ἐπὶ τῶν ἄσαρκα καὶ ἄβρωτα μέλη θυόντων.* Intellegitur morem fuisse, ut etiam caro cremaretur.

Nec minus certum est religiosos plus carnis cremasse quam impios[70]).

Quaeramus, quae partes deis combustae sint.

Od. XIV, 427 omnium membrorum partes cremantur.

ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης,
πάντων ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν[71]).

Idem posteris etiam temporibus interdum videtur factum esse.

Dion. Halyc. 7, 72 *δείραντές τε καὶ μελίσαντες ἀπαρχὰς ἐλάμβανον ἐξ ἑκάστου σπλάγχνου καὶ παντὸς ἄλλου μέλους*[72]).

---

67) cf. Hermann. l. l., § 28, Anm. 25.

68) cf. imprimis Voss. mythol. Br. II, 354—374, Nitzsch, erkl. Anm. zur Od. I, p. 223.

69) Oecon. Ath. I, p. 294, cf. Welcker Trilogie, p. 77 sq.

70) cf. Hermann ad Aesch. Prometh. 100; Schoemann, Prom., p. 115.

71) cf. autem Od. XVII, 241: *νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι Διός, εἴ ποτ' Ὀδυσσεὺς ὔμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε καλύψας πίονι δημῷ ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων.*

72) cf. etiam Schol. Apoll, Rhod. III, 1033 *ὠμοθετεῖν ἐστι τὸ τοῦ ἱερείου ὠμοῦ ἀπάρχεσθαι τῶν μελῶν.*

Praeter sebum[73]) et femora[74]), deis pars viscerum[75]) comburitur, imprimis fel. Athen. IV, 27, § 146 καὶ τὴν χολὴν τοῖς θεοῖς ἐπιθέντες.

Porph. antr. Nymph. 18 τὴν δὲ χολὴν ζωῆς, ὅθεν καὶ τοῖς θεοῖς τὴν χολὴν ἔθυον[76]).

Deinde spina (ὀσφύς vel ὀσφύς ἄκρα) deis crematur, quae pars etiam caudam comprehendebat[77]).

Aristoph. pax Schol. 1054: ἔθος γὰρ εἶχον τὴν ὀσφὺν καὶ τὴν κέρκον ἐπιτιθέναι τῷ πυρί. Menand. ap. Athen. IV, 27, § 146 οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν τοῖς θεοῖς ἐπιθέντες. Caudam in ara positam comburi etiam imaginibus docemur[78]). Scapulas (ὠμοπλάτην) Mercurio sacrificari dicit Scholiastes ad Aristoph. Plut. 1130: τῷ Ἑρμῇ ὡς εἴρηται ἡ ὠμοπλάτη τοῦ ἱερείου ἀφιέρωτο, et ad v. 1128, ei bracchium animalium brutorum sacrum esse: ἔστι δὲ ἱερὸς Ἑρμοῦ ὁ βραχίων τῶν ἀλόγων ζώων[79]).

Denique pelles victimarum saepius videntur combustae esse. Luc. de sacr. 13: ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπὶ πᾶσι πῦρ ἀνακαύσας ἐπέθηκε φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα καὶ αὐτοῖς ἐρίοις τὸ πρόβατον.

De linguis hostiarum, quas saepe crematas esse constat, infra separatim agemus.

B. DE PARTIBUS HOSTIARUM QUAE SACERDOTIBUS CESSERINT.

Suidas v. κωλακρέτης, Schol. Arist. vesp. 693, Plut. 1185 dicunt: νόμος δὲ ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερέας λαμβάνειν, ἅ εἰσιν οἷα δέρματα καὶ κωλαῖ. Quae quamvis non accurate dicta sint, tamen universe complectuntur, quae ex hostiis pro sacrificiis faciendis sacerdotibus tribuenda sint. Sacerdotes enim accipiunt ex hostiis quaedam non edulia et partes quasdam edules. In illis praeter pelles cornua vesicae chordae et »squalida quaedam et sebosa carnium maxime sub pelle[80])« (δεισίαι χρεῶν)[81]) habenda sunt. Pellis cedebat ut videtur sacerdotibus in minoribus sacrificiis; in quibus

---

73) v. Soph. Antig. 1010 καὶ καταρρυεῖς μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

74) cf. Hermann, l. l., § 28, adn. 21: μηροί, μηρία, μῆρα.

75) v. Od. III, 9; Athen. IV, 27, § 146 etc.

76) Uni Iunoni coniugali fel cremare non fas erat. Plut. coni. praec. 27: οἱ δὲ τῇ γαμηλίῳ θύοντες Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς ἀλλ' ἐξελόντες ἔρριψαν παρὰ τὸν βωμόν.

77) cf. Wieseler, Philol., 10, 385 sqq.

78) v. Gerhard auserles. Vasenb., Taf. 155, in der archäol. Ztg. 1845, Taf. 35, n. 4; cf. Wieseler, l. l. p. 389 sq. — In sacrificiis autem Dianae Milesiae factis sacerdoti spina et cauda dantur. inscr. revue archéol. nouv. sér. 1874, p. 106, cf. p. 17, et Aristoph. pax 1053.

79) v. Xenoph. Hier. 7, 3.

80) Boeckh, ind. lect. Berol. 1835—36, p. 6.

81) v. inscr. ap. Rang. I, n. 57, p. 53.

non antiquo iure sacerdotibus cedebat, ut in »ταῖς ἐπιθέτοις ἑορταῖς[82])« civitati reddebatur[83]).

Inter ἱερώσυνα quae ex publicis et quae ex privatis sacrificiis redundarint distinguendum esse, compluria decreta docent, at saepe non constat, utrum constitutiones ad sola publica an simul ad privata pertineant sacrificia[84]), singulaeque constitutiones inter se maxime diversae sunt. Persequamur igitur singula exempla.

C. I. A. II, 631[85]).

ἱερείᾳ ἱερώσυνα: τὰ δέρματα ἐκ τῶν . . . ιν́ιων ἅπαντα ἐπὶ δὲ τὴν τράπεζαν κωλῆν, πλευρὸν ἰσχίου ἡμίκραιραν χορδῆς.

Ἥρας ἱερείᾳ ἱερώσυνα: . . . . τελέου ⊢⊢⊢, *δεισίας κρεῶν ἐπὶ δὲ τὴν τράπεζαν κωλῆν πλευρὸν ἰσχίου ἡμίκραιραν χορδῆς κτλ.*

Δήμητρος Χλόης: δεισίας κρεῶν κτλ.

Boeckhius l. l. putat, pelles non ipsas traditas esse sacerdoti Iunonis ex iis sacrificiis, quae ibi commemorantur, sed pro pelle adultae victimae (*τελέου ἱερείου*) esse ternarum drachmarum dermaticum sacerdoti solutum. Cereris sacerdoti pelles omnino non videntur cessisse. *δεισίας κρεῶν* Boeckhius suspicatur squalidas et sebosas partes carnium maxime sub pelle esse. Deinde accipit sacerdos pernam (*κωλῆν*), partem costae (*πλευρὸν ἰσχίου*), maxillam chorda sive lactibus circumvolutam (*ἡμίκραιραν χορδῆς*[86]). Carnium partes eaedem quae sacerdoti Iunonis cedebant, sacerdoti Cereris aliarumque dearum tribuebantur.

C. I. G. 2656[87]): *πριαμένη τὴν ἱερητείαν τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Περγαίας κτλ. ἡ δὲ πριαμένη*[88]) *ἱεράσεται ἐπὶ ζωῆς τῆς αὐτῆς καὶ θύσει τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελέα καὶ τὰ ἰδιωτικά καὶ*

---

82) cf. Boeckh, oecon. Athen. I, 296; II, 121.

83) Notum est Athenis *τὸ δερματικόν*, quod ibi ex certis sacrificiis redigebatur in publicum. C. I. A. II, 162 add.: *τὸ ἀργύριον τὸ ἐκ τοῦ δερματικοῦ*. C. I. G. 157 *δερματικά* enumerantur

ἐκ τῆς θυσίας τῷ Ἑρμῇ τῷ ἡγεμονίῳ παρὰ στρατηγῶν.
ἐκ τῆς θυσίας τῷ Ἄμμωνι παρὰ στρατηγῶν.
ἐκ τῆς θυσίας τῇ Εἰρήνῃ παρὰ στρατηγῶν. —

Liceat hoc loco pauca dicamus de sacrificiis Paci factis. Scholiastes ad Aristoph. pax 1019 prodit: *φασὶ γὰρ θυσίαν τελεῖσθαι Εἰρήνῃ, τὸν δὲ βωμὸν μὴ αἱματοῦσθαι. καὶ ἰδίως ἀναιμωτὶ Εἰρήνῃ θύουσιν.* — (cf. Corn. Nep. Timoth. c. 2 —). Nostro autem in titulo *δερματικὰ ἐκ τῆς θυσίας τῇ Εἰρήνῃ* commemorantur. Intellegitur ei etiam sacrificia cruenta, ut ita dicam, facta esse.

84) v. Boeckh, de decr. Halyc. ind. lect. Beroi. 1835—36, p. 7. — 85) cf. Rangabé II, 816.

86) sic Boeckh. l. l., p. 8; Rangabé: dimidiam partem farciminis. — cf. Amips. ap. Athen. IX, p. 368E. *δίδοται μάλισθ' ἱερώσυνα κωλῆ, τὸ πλευρὸν, ἡμίκραιρ' ἀριστερά.* et C. I. A. II, 632, ubi inter *ἱερώσυνα* enumerantur *σκέλος, πλευρόν, ἡμίκραιρα.*

87) decretum Halycarnassense fortasse ex temporibus Octaviani Augusti.

88) Sacerdotalia munera saepius auctione publica veniisse, Dionysius Halyc. Archaeol. II, 21,

λήψεται τῶν θυομένων δημοσίᾳ ἀφ' ἑκάστου ἱερείου κωλῆν καὶ τὰ ἐπὶ κωλῇ νεμόμενα καὶ τεταρτημορίδα σπλάγχνων[89]). ἔστω δὲ ἡ ἱέρεια ἰσόμοιρος καὶ ταῖς γυναιξὶν τῶν πρυτάνεων, τῶν θυομένων δημοσίᾳ. Similes igitur partes Dianae Pergaeae sacerdos accipit atque illae sacerdotes Iunonis et ceterarum dearum. Pelles ei tantum ex publicis sacrificiis cedunt. Deinde praecipitur, ut praeter haec omnia sacerdoti etiam ea danda sint, quae mulieribus prytanum tribuantur ex publicis sacrificiis.

C. I. A. II, 610[90]): ἐὰν δέ τις θύῃ τῇ θεῷ[91]) τῶν ὀργεώνων[92]) οἷς μέτεστιν τοῦ ἱερείου ἀτελεῖς[93]) αὐτοὺς θύειν. ἐὰν δὲ ἰδιώτης τις θύῃ τῇ θεῷ, διδόναι τῇ ἱερέᾳ γαλαθινοῦ μὲν IC καὶ τὸ δέρμα καὶ κωλῆν διανεκῆ δεξιάν, τοῦ δὲ τελέου III καὶ δέρμα καὶ κωλῆν κατὰ ταὐτά, βοὸς δὲ [IC] καὶ τὸ δέρμα· διδόναι δὲ τὰ ἱερώσυνα τῶν μὲν θηλειῶν τῇ ἱερέᾳ τῶν δὲ ἀρρένων τῷ ἱερεῖ.

Orgeonum igitur hostias sacerdos gratis immolare debet; ex privatis sacrificiis ei cedunt victimarum omnium pelles[94]), certa pecunia, carnium partes: ex teneris hostiis perna dextra cum femore (διηνεκής), ex adultis dupla pecunia, cetera eadem; ex bove tantum pellis sine carne et tantundem pecuniae, quantum ex sacrificio tenerae hostiae, ut videtur; boum pelles enim aliquanto pluris erant quam ceterorum animalium.

C. I. G. 2448[95]): οἱ δὲ ἐπιμήνιοι[96]) θύοντες τὰς θυσίας ταύτας ἀποδώσοντι τῷ κοινῷ τός τε ἐλλύτας[97]) πάντας καὶ τῶν σπλάγχνων τὰ ἡμίση, τὰ δὲ λοιπὰ ἑξοῦντι αὐτοί. Omnes igitur sacerdotes aliquam partem videntur accipere: qui sacrificia faciunt, maiorem.

Inscr. revue archéolog. nouvelle série 1874, p. 106[98])

λαμβάνειν δὲ τὰ δέρματα [καὶ] τὰ ἄλλα [γ]έρεα.

ἣν δὲ θύηται, λάψεται γλῶσσαν ὀσφὺν[99]) δασέαν (?) ὠρήν.

---

p. 292 dicit, sed praeter hoc unum plebiscitum eiusdem civitatis, ex qua Dionysius oriundus, nullum exemplum fuit notum. Ante hos duos annos altera inscriptio reperta est, ex qua sacerdotium duodecim deorum ad Bosporum cultorum venale fuisse intellegitur. v. Curtius in Monatsber. der Berl. Acad. 1877, p. 475: ὁ πριάμενος τὰν ἱερωτε[ίαν τῶν] θεῶν τῶν δυώδεκα ἱερωτεύσει ἐ[πὶ ζωᾶς] κτλ.

89) cf. Schol. Arist. pax 1022.

90) decretum Piraeensium. saec. IV, cf. Foucart, des associations religieuses chez les Grecs, p. 189.

91) matri deorum.

92) de quibus v. Foucart, l. l., p. 20 sqq.

93) cf. C. I. G., n. 82.

94) Halicarnassio decreto constitutum erat, ut tantum ex publicis sacrificiis pelles sacerdoti darentur.

95) ex insula Thera. — Agitur de sacrificio Musis et quibusdam heroibus faciendo.

96) ἐπιμήνιοι sunt sacrificuli, qui menstrua sacra curant. Boeckh. ad C. I. G. 3641 b add.

97) ἐλλύτης est placentae genus v. Hesych. ἐλλυτίς.

98) pertinet ad sacrificia Dianae Milesiae facienda.

99) ὀσφὺν sumit sacerdos Arist. pax 1053. cf. Schol.

ἢν δὲ πλέω θύηται, λάψεται ἀπ' ἑκάστου ὀσφὺν δασέαν καὶ γλῶσσαν καὶ κωλῆν μίαν ἀπὸ πάντων.

καὶ τῶν ἄλλων θεῶν τῶν [ἐντε]μενίων[100]) *ὅσων ἱερᾶται ὁ ἱερεὺς λάψεται τὰ γέρεα τὰ αὐτὰ καὶ κωλῆν ἀντὶ τῆς ὠρῆς, ἢμ μὴ βασιλεύς λαμβάνηι.*

ἢν δὲ εὐστὸν [101]) *θύῃ ἡ πόλις λάψεται γλῶσσαν ὀσφὺν δασέαν ὠρήν.*

ἢν ξένος ἱεροποιῇ τῷ Ἀπόλλωνι προιερᾶσθαι τῶν ἀστῶν, ὃν ἂν θέλῃ ὁ ξένος· διδόναι δὲ τῷ ἱερεῖ τὰ γέρεα ἅπερ ἡ πόλις διδοῖ.

Sacerdoti pelles omnium victimarum cedunt. Si unam hostiam immolat, si civitas sacrificium quod dicitur *εὐστὸν* facit, si peregrinus Apollini rem sacram facit sacerdos linguam et caudam cum quibusdam partibus carnis sumit. Si plures hostias mactat vel si aliis deis, quorum sacra curat, sacrificia facit, pro cauda femur unius hostiae accipit, cetera eadem, quae ex aliis sacrificiis.

C. I. G. 2265: Delio Apollini a Pariis (?) bos immolatur. Pellis bovis sacerdoti videtur data esse: *τὸ δὲ [δ]έρας τοῦ βοὸς εἰσ[πρᾶξαι τὸν ἱερέα].*

Monatsber. der Berl. Acad. 1877, p. 475, E. Curtius, titulum prodit hunc: *ὁ πριάμενος τὰν ἱερωτε[ίαν τῶν θεῶ]ν τῶν δυώδεκα ἱερωτεύσει ἐ[πὶ ζωᾶς ἐν]δασόμενος τῶν θυομένων πάντ[α τὰ] δέρματα καὶ τὰς κωλέας ὅσα [οἱ Ἱ]ρῶται θύωντι τοῖς δυώδεκα θεοῖς.* Praeter pelles igitur ambo femora sacerdoti hoc loco cedere videntur.

C. I. Att. III, n. 73[102]): *παρέχειν δὲ καὶ τῷ θεῷ τὸ καθῆκον, δεξιὸν σκέλος καὶ δορὰν κτλ.*

διδότω κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ στηθύνιον.

C. I. A. III, n. 74: *παρέχειν δὲ καὶ τῷ θεῷ τὸ καθῆκον δεξιὸν σκέλος καὶ δορὰν καὶ κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ στηθύνιον κτλ.*

---

100) cf. C. I. G. 2906 *παραστήσας μὲν τοῖς ἐντεμενίοις θεοῖς τὴν θυσίαν.*

101) »faire un sacrifice, dans lequel les chairs de la victime sont grillées,« l. l., p. 107.

102) »Titulus non videtur secundi p. Chr. saeculi fine aut tertii antiquior esse.« (Dittenberger). Tractantur sacrificia *Μηνὶ Τυράννῳ* facienda. *Μὴν Τύραννος* colebatur in omnibus Phrygiae Lydiae Pisidiae urbibus, ut nummi demonstrant imperatorum aetate cusi. De quo deo cf. Waddington ad Lebasii inscrr., p. 215 ad n. 668: »dans plusieurs inscriptions latines du quatrième siècle le dieu Attis porte le nom de Menotyrannos (Orelli 1900. 1901. 2264. 2353.) nom emprunté au culte de Mên, alors qu'il s'établit un rapprochement et même une confusion entre les deux cultes (voy. Origen. Philosoph. ed. Miller V, 9)«; et Boeckh. ad C. I. G. n. 667 (= 3438): »*Μηνιτύραννος* hoc est manifestum dominus Lunus vel Luni«. Non dubitat vir doctissimus quin vox *Τύραννος* a Lydis et Phrygibus manaverit ad Graecos.

ὁ δὲ θυσιάζων τῇ ἑβδόμῃ λαμβανέτω τῆς θυσίας, ἧς ἂν φέρῃ σκέλος καὶ ὦμον, τὰ δὲ λοιπὰ κατακοπτέτω[103]) [ἐν τῷ] ἱερῷ· ἐὰν δέ τις τράπεζαν πληρῷ τῷ θεῷ λαμβανέτω τὸ ἥμισυ. ὁμοίως δὲ παρέξουσιν οἱ ἐρανισταὶ τὰ καθήκοντα τῷ θεῷ δεξιὸν σκέλος καὶ δορὰν κτλ. τῷ θεῷ i. e. ei, qui sacra dei curet, dextrum femur et pellem dari, non est, cur miremur; singulare in nostris titulis est, quod ei etiam caput, pedes, pectus vel pectoris partes cedunt. Deinde de sacrificiis dicitur, ex quibus ei, qui sacrificium fecerit, solum femur et umerus cedant, cetera τῷ ἱερῷ i. e. ei qui condidit templum et sacerdotibus[104]). Societates ἐρανιστῶν C. I. G. 127; 2525 b. commemorantur, ex cenis eorum sacerdoti aliquid datum esse, hoc uno loco, quantum scio traditum est.

Ex titulo Myconio: Ἀθήναιον II, p. 238: Ποσειδῶνι κριός· τῷ ἱερεῖ γλῶσσα καὶ βραχίων. Ἀπόλλωνι Ἑκατομβίῳ ταῦρος καὶ δέκα ἄρνες. τῷ ἱερεῖ τοῦ ταύρου δίδοται γλῶσσα καὶ βραχίων. τῶν ἀρνῶν[105]) ὧν οἱ παῖδες θύουσιν ἱερεῖ γλῶσσα καὶ τῷ παιδὶ γλῶσσα ἑκατέρῳ, ὧν οἱ νυμφίοι θύουσιν . . . τῶν ἀρνῶν[105]) τῷ ἱερεῖ καὶ τῷ νυμφίῳ γλῶσσα ἑκατέρῳ. Sacerdoti igitur ex sacrificiis arietis et tauri linguae et singula femora cedunt. Ceterum plane perspicere non potui, sed certum videtur, hostiarum linguas partim sacerdotibus partim sacrificantibus ipsis datas esse.

Inscr. de mysteriis Andaniae celebrandis: ἱεροῦ δείπνου οἱ ἱεροὶ ἀπὸ τῶν θυμάτων τῶν ἀγομένων ἐν τᾷ πομπᾷ ἀφελόντες ἀφ' ἑκάστου τὰ νόμιμα τοῖς θεοῖς, [τὰ λοι]πὰ κρέα καταχρησάσθωσαν εἰς τὸ ἱερὸν δεῖπνον μετὰ τᾶν ἱερᾶν καὶ παρθένων καὶ παραλαβόντω τόν τε ἱερῆ καὶ τὰν ἱέρεαν τοῦ Καρνείου.

Bovis ἡγεμόνος vel herois[106]) tertiam partem sacerdotibus cessisse Athenaeus VI, 27, p. 235 tradit: ἐν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· »τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη, τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις[107]).

Restat ut pauca dicamus de eis partibus hostiarum, quae nec combustae nec sacerdotibus datae sint.

---

103) cf. titulum: Ἀθήναιον II, p. 237; Artemidor. V, p. 253, 2 (Hercher).
104) cf. Foucart, l. l., p. 122.
105) duplici errore lapicidae: ἀρτων.
106) v. Xen. Hell. VI, 4, 29; Boeckh. ad C. I. G. n. 1688 vs. 32.
107) cf. Preller ad Polem., p. 116.

Caro victimarum e privatis sacrificiis aut venibat[108]), aut cum amicis ad cenam invitatis comedebatur[109]). Ceterum perspicuum est, licuisse, carnem non comesam conservare alioque tempore consumere vel aliis impertire[110]).

Ex publicis sacrificiis carnes non saepe venibant.

C. I. G. 70[111]) de carnibus dicitur quae crudae vendendae sint: *τὰ δὲ κρέα ἀποδόσθαι ὠμά.*

Carne victimarum Panathenaicis ceterisque magnis sollemnibus mactatarum aut plebi cenae fiebant aut frusta cruda distribuebantur.

C. I. A. II, 570: *ἐς τὰ ἱερὰ τὰ κοινὰ ἐν ὅσοισιν ἑ[στιῶν]ται Πλωθῆς οἶνον παρέχειν ἡδὺ[ν ἐκ τοῦ] κοινοῦ.*

C. I. G. 3599: *καὶ προθύεσθαι τῷ Διῒ τῷ Πολιεῖ τὰ π[έμμα]τα ἐπιτελέσαι καὶ τὸ δεῖπνον τοὺς φυλέτας.*

C. I. G. 1625: *ταυροθυτήσας Διῒ τῷ μεγίστῳ ἐπὶ τῆς πόλεως παραχρῆμα εἱστίασεν τοὺς συνελθόντας ἐπὶ τὴν εὐχαριστίαν*, et: *ταυροθυτήσας τε τοῖς θεοῖς καὶ Σεβαστοῖς κρεαδοσίας καὶ ἄριστα καὶ γλυκισμοὺς καὶ δῖπνα οὐ διέλιπεν ποιῶν.*

Bulletin de corresp. hell. VIII (1878), p. 615 tit. vetere Rhodio: *Ποτειδᾶνι Φυταλμίῳ ὗς τέλεος. θοινῆται.*

C. I. G. 2360: *καὶ κρεῶν σταθμὸν κατὰ τὸν ἄνδρα ὠμὰ ἱστάντα μὴ ἐλάττονα μνᾶς.*

C. I. G. 2906: *καὶ δώσειν ἑκάστῳ βοείου κρέως μνᾶν Εὐβοϊκήν.*

C. I. A. II, 578: *νεμέτω ὁ δήμαρχος τοῖς [παροῦσιν κ]αὶ συναγοράζουσιν καὶ συνενεχυράζουσιν.*

Nonnullis maiores melioresque partes cessisse quam ceteris et per se perspicuum est et ex libris scriptorum titulisque apparet.

Carnes senatoribus dandae commemorantur Schol. Arist. pax 893: *τὰ μαγειρεῖα, ὅπου τῇ βουλῇ σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα.*

---

108) Artemid. V, p. 253, 2 (Hercher) *ἔδοξέ τις τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προσαγαγὼν ὥσπερ τι ἱερεῖον ἀποθῦσαι καὶ τὰ κρέα κατακόπτων πιπράσκειν καὶ τὴν ἐμπολὴν αὐτῷ πάνυ πολλὴν γενέσθαι.*

109) Athen. VIII, 364 a. *καὶ συγκαλοῦντες ἐπὶ τὴν θυσίαν τοὺς φίλους καὶ τοὺς οἰκειοτάτους.*

110) Solis in sacrificiis Vestae factis hoc non licebat facere. Eustath. ad Od. 1579, 45 (η, 298): *Ἑστίᾳ θύομεν ἐφ' ὧν οὐκ ἔστι φασὶ μεταδοῦναι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν.* cf. Hesych. I, 207; Paroemiogr gr. I, 97; et plura ap. Preuner: Hestia-Vesta, p. 74 sqq. Hostias ei mactatas totas esse combustas mea quidem sententia ex his locis conici non potest. v. Gerhard, griech. Mythol., § 292, 3 B. cuius sententiam iam Schoemannus, l. l. II, p. 214 respuit.

111) Iovi a demo quodam Atheniensium sacrificium fit.

Uxores prytanum certas partes accepisse, discimus ex inscriptione C. I. G. 2656: *ἔστω δὲ ἡ ἱέρεια ἰσόμορος καὶ ταῖς γυναιξὶ τῶν πρυτάνεων.*

C. I. A. II, 163 enumerantur, quibus ex sacrificiis Panathenaicis prae ceteris carnes dandae sint:

καὶ νείμαντ[ας τοῖς πρυτάν]εσιν πέντε μερίδας καὶ τοῖς ἐννέα ἄρχουσιν . . . . ., καὶ ταμίαις τῆς θεοῦ μίαν, καὶ τοῖς ἱερ[οποιοῖς[112]*) μίαν] καὶ τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοῖς ταξιάρχ[οις . . . . . καὶ τ]οῖς πομπεῦσι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τα[ῖς κανηφόροι]ς κατὰ τὰ εἰωθότα, τὰ δὲ ἄλλα χρέα Ἀθηναίο[ις μερίζειν] κτλ.*

Andaniae cenarum participes sunt *τῶν τεχνιτᾶν οἱ λειτουργήσαντες [ἐν ταῖς] χορείαις καὶ τᾶν ὑπηρεσιᾶν οἱ λειτουργοῦντες αὐτοῖς.*

Singulis etiam, qui bene meruerunt aut de sacris restituendis aut erga sacrificantes ipsos carnes atque etiam pelles victimarum dantur:

Tit. de myster. Andan. celebr.: *Μνασίστρατος μετεχέτω μετὰ τῶν ἱερῶν τᾶν τε θυσιᾶν καὶ τῶν μυστηρίων, καὶ ὅσα κα οἱ θύοντες ποτὶ τᾷ κράνᾳ τραπεζῶντι καὶ τῶν θυμάτων τὰ δέρματα λαμβανέτω Μνασίστρατος. εἰς τὸν ἱερὸν δεῖπνον καὶ παραλαβόντω Μνασίστρατον καὶ τὰν γυναῖκα καὶ τὰς γενεὰς αὐτοῦ.*

Lamptrenses Philocedae inquilino cuidam in pago, Piraeenses Callidamanti carnes dare decernunt:

C. I. A. II, 582: *καὶ νέμειν Φιλοκήδῃ χρέα ἐν τοῖς ἱεροῖς οἷς ἂν θύωσιν οἱ δημόται Λαμπτρᾶσι καθάπερ Λαμπτρεῦσιν.*

C. I. A. II, 589: *ὅταν θύωσι Πειραιεῖς ἐν τοῖς κοινοῖς ἱεροῖς, νέμειν καὶ Καλλιδάμαντι μερίδα καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις Πειραιεῦσιν καὶ συνεστιᾶσθαι Καλλιδάμαντα μετὰ Πειραιέων ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς πλὴν εἴ που αὐτοῖς Πειραιεῦσιν νόμιμόν ἐστιν εἰσιέναι, ἄλλῳ δὲ μή*[113]).

Paus. V, 13, 2: Olympiae Pelopi heroi aries immolatur, cuius collum lignatori datur: *ἀπὸ ταύτης οὐ γίνεται τῷ μάντει μοῖρα τῆς θυσίας· τράχηλον δὲ μόνον δίδοσθαι τοῦ κριοῦ καθέστηκε τῷ ὀνομαζομένῳ Ξυλεῖ. κτλ.*

Paus. V, 16, 2: Olympiae virginibus ceteras cursu superantibus pars mactatae bovis datur: *ἀγών ἐστιν ἅμιλλα δρόμου παρθένοις. ταῖς νικώσαις διδόασι βοὸς μοῖραν τεθυμένης τῇ Ἥρᾳ.*

---

112) cf. Boeckh. ad C. I. G. 147.

113) cf. tit. ex insula Amorgo, Mittheilungen des archäolog. Instit. zu Athen I, p. 342.

C. DE LINGUIS VICTIMARUM.

Homericis temporibus cremantur linguae deis, quibus victima sacrificatur.

Od. γ. 341: *γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνιστάμενοι δ' ἐπέλειβον.*

Posteris temporibus complures scriptores dicunt eas Mercurio combustas esse.

Schol. Arist. Plut. 1111, et Paroemiogr. gr. I, 415: *ἡ γλῶττα τῶν θυομένων τῷ Ἑρμῇ δίδοται.* Apoll. Rhod. Schol. I, 517: *ἐπεὶ γὰρ Ἑρμῆς λόγος εἶναι παραδέδοται ὄργανον δὲ αὐτοῦ ἡ γλῶσσα εἰκότως τῷ Ἑρμῇ αὐτὴν θύουσιν.*

Plutarchus autem Phoc. I, dicit: *ἱερείου διαπεπραγμένου γλῶσσα καὶ κοιλία διαλείπεται.*

Linguas separatim exsectas esse, etiam alii scriptores produnt.

Arist. pax 1060: *γλῶττα χωρὶς τέμνεται.* Arist. av. 1705: *ἡ γλῶττα χωρίς*, et Didymus in Schol. Arist.: *ἐν ταῖς θυσίαις χωρὶς ἡ γλῶττα ἐτέμνετο οὐ μετὰ τῶν ἄλλων σπλάγχνων.* Menand. ap. Athen. XIV, 78, p. 659: *λάμβανε τὴν γλῶτταν.*

Interdum linguae sacerdotibus dantur. tit. in revue archéol. 1874, p. 106[114]): *ἣν δὲ θύηται λάψεται γλῶσσαν κτλ.* Tit. in *Ἀθήναιον* II, p. 237[115]): *τῷ Ποσειδῶνι κριὸς — τῷ ἱερεῖ γλῶσσα.* et: *Ἀπόλλωνι ταῦρος — τῷ ἱερεῖ τοῦ ταύρου δίδοται γλῶσσα.* et paulo infra: *τῷ ἱερεῖ γλῶσσα καὶ τῷ παιδὶ γλῶσσα ἑκατέρῳ — τῷ ἱερεῖ γλῶσσα καὶ τῷ νυμφίῳ γλῶσσα ἑκατέρῳ.*

Interdum etiam praeconibus linguae dabantur, certe Athenis. Aristoph. Plut. 1111: *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι*, et Schol.: *Καλλίστρατος τῶν θυομένων φησὶ τὰς γλώσσας τοῖς κήρυξιν ἀπονέμεσθαι.*

Consuetudo autem non erat, ut sacerdotibus aliisve linguae hostiarum darentur. Distinguendum esse puto inter maiora publica et inter minora privata sacrificia.

Schol. ad Arist. Plut. 1111, dicit: *τῶν ἱερείων ἡ γλῶττα τῷ Ἑρμῇ δίδοται ἐν ταῖς δημοτελέσι θυσίαις.*

Publicis igitur in sacrificiis suspicor plerumque linguas separatim exsectas postea separatim crematas esse, in privatis ab eis qui sacrificium fecissent domum relatas, antequam cubitum irent, cum ultima libatione[116]) Mercurio combustas esse[117]).

---

114) cf. p. 17—18.
115) cf. p. 19.
116) quae ipsa appellabatur *Ἑρμῆς*. Poll. VI, 16, 100: *Ἑρμῆς ἡ τελευταία πόσις.*
117) cf. Schoemann. l. l. II, 242.

Athen. I, 28, p. 16: σπένδουσι τῷ Ἑρμῇ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες. Eustath. ad Odyss. γ 332: μέλλοντες γὰρ κοιμηθῆναι μετὰ θυσίαν οἱ παλαιοὶ ἔθυον τὰς τῶν ἱερείων γλώσσας κατὰ ἔθος Ἰώνων ἢ Ἀττικῶν βάλλοντες ἐν πυρί. Apoll. Rhod. I, 518[118]).

. . . . ἐπί τε γλώσσῃσι χέοντο
αἰθομέναις, ὕπνου δὲ διὰ κνέφας ἐμνώοντο.

Nostra cum sententia illud Plutarchi non pugnat: »ἱερείου διαπεπραγμένου γλῶσσα καὶ κοιλία διαλείπεται«. Dicit de partibus victimae, quas deis comburendas esse credas[119]). κοιλίαν[120]) solam e visceribus non licere deis cremare Athenaeus IV, 27, p. 146, Scholiastes ad Arist. pac. 717, equ. 1179, vesp. 1144 docent; linguam autem non una cum ceteris partibus cremari sed relinqui nos iam ex aliis locis coniecimus. Postea etiam linguas crematas esse, Plutarchus non negat.

DE HOSTIIS NON EDULIBUS.

Suidas I, p. 448 et II, p. 215 dicit: ἓξ θυσίαι ἐξ ἐμψύχων ἐθύοντο, προβάτου ὑὸς βοὸς αἰγὸς ὄρνιθος χηνός.

Tantum edulia animalia enumerat, nam cum deos participes cenarum et convivas cogitarent Graeci[121]), animalibus sacrificare non decebat, nisi quae ipsi ederent. Tamen equos asinos canes[122]) ac praeter illa animalia domestica, ut ita dicam, etiam feras et pisces deis immolaverunt.

Apud Homerum semel tantum sacrificium equorum Scamandro a Troianis factum commemoratur[123]), posteris autem temporibus saepius equi aut in fluctus demissi aut mactati sunt. Neptuno equi immolantur ab Argivis. Paus. VIII, 7, 2: καθίεσαν εἰς τὴν Δείνην τῷ Ποσειδῶνι ἵππους οἱ Ἀργεῖοι κεκοσμένους χαλινοῖς. — Eustath. ad Il. XXI, 131, p. 1227 et ad XXIII, 148, p. 1293: καθίεσαν δὲ καὶ ἐν ταῖς δίναις ζωοὺς ἵππους[124]).

---

118) cf. Schol. γλῶσσαν, ἥτις ὕπνου ἐπιπεσόντος ἠρεμεῖ, εἰκότως τῷ Ἑρμῇ θύουσιν.

119) cave ne ex hoc loco conicias, linguas praeconibus vel sacerdotibus sepositas esse. Neque enim femorum, quae sacerdotibus cessisse supra vidimus, mentio fit.

120) sive χόλικας.

121) cf. Julian orat. V, 176 d.: θυσιῶν ὧν κοινωνεῖν ἄξιον καὶ τραπεζοῦν θεοῖς.

122) cf. Porphyr. de abst. 1, 14: οἱ Ἕλληνες οὔτε κυνοφαγοῦσιν οὔθ' ἵππους ἐσθίουσιν οὔτ' ὄνους.

123) Il. XXI, 132.

124) cf. Cass. Dio 48, 48, qui Sextum Pompeium vivos equos in mare demisisse prodit. Herod. VII,

Soli in summo Taygeto equi immolantur. Paus. III, 20, 5: *καὶ ἄλλα τε αὐτόθι Ἡλίῳ θύουσι καὶ ἵππους.* — Festus (v. October equus) testatur, in insula Rhodo Soli quotannis quadrigas in mare demissas esse. — Apud Philostratum Her. XI, 1, p. 309 Palamedes suadet: *προσήκει δὲ καὶ ἀνίσχοντι τῷ Ἡλίῳ εὔχεσθαι πῶλον αὐτῷ καταθύσαντας λευκόν τε καὶ ἄνετον*[125]).

Athenienses heroi Toxari equum mactant. Luc. Scyth. 2: *ὁ δ' οὖν μισθὸς τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ λευκὸς ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι.*

Pelopidas pro virgine, quam deus poposcerat, equam immolat Plut. Pel. 22: *ἐκ τούτου λαβόντες τὴν ἵππον ἐπὶ τοὺς τάφους ἦγον τῶν παρθένων καὶ κατευξάμενοι καὶ καταστέψαντες ἐνέτεμον.* — Tyndareus cum procos Helenae iureiurando obstringeret equum mactasse dicitur[126]).

Asini Delphis Apollini videntur immolati esse[127]). C. I. G. n. 1688: *τὰ ἱερήϊα ἀθρόα συναγόντων το[ὺ]ς ὄνο[υ]ς*[128]). »De asinis« Boeckhius inquit »non est quod dubites; non Graeci Hyperboraeos fecissent Apollini asinorum hecatomben offerentes, nisi in Graecia quoque asini mactati Apollini essent«[129]). Aelianus narrat (de nat. anim. XII, 34) Saracoros Marti asinos mactavisse.

Ventis Tarentinos immolasse asinos docet Hesychius v. *ἀνεμώτας: ὄνος ἄφετος ἱερὸς τοῖς ἀνέμοις θυόμενος ἐν Ταραντίνοις.*

Lactantius de falsa rel. I, 21 narrat »apud Lampsacum Priapo litabilem victimam esse asellum«.

113: *τὸν Στρύμονα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλιρέοντο σφάζοντες ἵππους λευκούς.* — Rangabé, ant. hell., n. 821b titulum in insula Paro repertum prodit: *θύειν τῷ Ποσειδᾶνι ἵππον λυδιακόν.* Keil autem Philol. Suppl. II, p. 623 legendum esse dicit: *τῷ Ποσειδᾶνι ἀπὸ τοῦ διαφόρου ἱερεῖον τέλειον.*

125) Ptolemaeum Philopatorem Soli quattuor elephantos ingenti magnitudine immolasse Aelianus narrat nat. anim. VII, 44. cf. Porph. de abst. II, 25.

126) Paus. III, 20, 9.

127) carnem asinorum edi dicunt Lucianus Asin. 33, Scholiastes ad Aristoph. vesp. 194, Pollux IX, 48. At tantum servi pauperesque agricolae eam videntur edisse. Porphyrius de abst. 1, 14 omnino negat Graecos carnem asinorum edisse.

128) Ahrensius (de dial. dor., p. 484, cf. p. 545) scribit *ὤνους*, quod Schoemannus (l. l. II, p. 232) probat, Boeckhii *ὄνους* placet Welckero et O. Muellero (Dorer 1, p. 279).

129) Hyperboraeos Apollini asinos immolasse, multi scriptores narrant: Schol. Pind. Pyth. X, 49: *οἱ γὰρ Ὑπερβόρειοι ὄνους θύουσι τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι »τέρπουσι λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι«* (cf. Callim. frgm. 187. 188 ap. Schneider.: *Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται* vel *ἐπιτέρπεται*). Eustath. ad Il. 1, 41: *οὐκ ἀποστέργει Ἀπόλλων δὲ οὐδὲ ὄνους. Ὑπερβόρεοι οὖν ὡς ὁ Πίνδαρος ἱστορεῖ τοιαῦτα ἐκείνῳ κνωδάλια ἔθυον.* — Anton. Lib. met. 20: *ἀφίκετο πρὸς τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Ὑπερβορέοις· καὶ ἴδεν ἱερουργημένας αὐτῷ τὰς θυσίας τῶν ὄνων.* Idem Clemens Protr., p. 25, p. testatur.

Canes saepissime immolantur Hecatae. Paus. III, 14, 9: *θύουσι Κολοφώνιοι μέλαιναν τῇ Ἐνοδίῳ σκύλακα.* — Schol. Aristoph. pax 277: *ἐν Σαμοθράκῃ τελετὰς ἦγον Ἑκάτῃ τινὰς καὶ κύνας ἔθυον*, et paulo infra: *ἄντρον κυνοσφαγοῦς θεᾶς.* (Lycophr. Cass. 77). — Plut. qu. rom. 52: *οἱ Ἕλληνες τῇ Ἑκάτῃ κύνα θύουσιν.* 68: *τῷ δὲ κυνὶ πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν Ἕλληνες ἐχρῶντο καὶ χρῶνταί γε μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμοὺς καὶ τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια ἐκφέρουσιν κτλ.* 111: *ὀλυμπίων μὲν γὰρ οὐδενὶ θεῶν κύων καθιέρωται, χθονίᾳ δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν*[130]).

Sed etiam Marti Lacedaemonii canes immolabant. Paus. III, 14, 9: *ἐνταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσιν.* — Plut. qu. rom. 111: *ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῷ φονικωτάτῳ θεῶν Ἐνυαλίῳ σκύλακας ἐντέμνουσιν.*

Plutarchus qu. rom. 52 narrat Argivos canem immolasse *τῇ Εἰλειθυίᾳ διὰ τὴν ῥᾳστώνην τῆς λοχείας.* Hesychius v. *Γενετυλλίς: γυναικεία θεὸς ἐοικυῖα τῇ Ἑκάτῃ. διὸ καὶ ταύτῃ κύνας προστίθεσαν.*

A vaticinantibus etiam canes videntur immolati esse.

Paus. VI, 2, 2 (Olympiae) *παρὰ δὲ τῇ εἰκόνι τοῦ Θρασυβούλου* (*μάντεως*) *κύων ἱερεῖον κεῖται διατετμημένος τε δίχα καὶ φαίνων τὸ ἧπαρ*[131]).

Commemoremus denique Argis sollemnibus certis anniversariis canes occisos esse »quod Linum vatem laniassent«. Parthenios *διήγησ.* 19: *οἱ Ἀργεῖοι θυσίαν ἄγουσι καὶ ἑορτὴν Ἀρνίδα κτείνοντες ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ κυνῶν ὅσους ἂν εὕρωσιν.* Athen. III, p. 99 f.: *μή καί τινα Κυνοφόντιν ἑορτὴν ποιησώμεθα ἀντὶ τῆς παρ' Ἀργείοις ἐπιτελουμένης*[132]).

Lupi Apollini ab Argivis immolabantur. Schol. Soph. El. 6: *λυκοκτόνον Ἀπόλλωνα — διὸ καὶ λύκους αὐτῷ φασι θύεσθαι ἐν Ἄργει.*

Patris Dianae Laphriae[133]) *ἐσβάλλουσι ζῶντας ἐς τὸν βωμὸν καὶ λύκων καὶ ἄρκτων σκύμνους.*

Xenoph. anab. II, 2, 9: *ταῦτα δ' ὤμοσαν σφάξαντες κάπρον καὶ ταῦρον καὶ λύκον καὶ κριόν*[134]).

Immolabant etiam feras, quas posteris temporibus edebant, antiquissimis autem cum genera et usus sacrificiorum constituerentur respuebant.

---

130) cf. Suidas v. *Καρικὸν θῦμα*; Erasmus adag. p. 221: Carica victima.

131) cf. Plin. hist. nat. 18, 3. — Ceterum Festus Romanos etiam Sirio rutilos canes immolasse testatur.

132) cf. Hygin. fab. 247. — Plutarchus qu. rom. 290 narrat Athenienses etiam canes arce arcuisse.

133) Paus. VII, 18, 7.

134) Bothe, Mus. rhen. III, p. 633: *πάλλευκον* suspicatur scribendum esse.

Paus. VII, 18, 7: Patrenses Dianae Laphriae ἐσβάλλουσι ζῶντας ἐς τὸν βωμὸν ὗς ἀγρίους[135]) καὶ ἐλάφους δὲ καὶ δορκάδας κτλ. Paus. X, 32, 9: In Phocide est ἱερὸν Ἴσιδος· θύουσι δὲ καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους οἱ εὐδαιμονέστεροι. Cervos deis immolatos esse, etiam Porphyrius de abst. II, 25 testatur[136]).

Lepores Veneri immolabantur propter libidinem et fertilitatem. Philostr. imagg. I, 6 Amores persequuntur leporem, τοξεύει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ πειρῶνταί αὐτὸν ἑλεῖν ζῶντα ἱερεῖον τῇ Ἀφροδίτῃ ἥδιστον[137]).

Formicis Soli et Neptuno in Isthmo sacrificabant: Aen. Gaza extr. χαριστήρια τῷ Θεῷ θύσωμεν· οὐχ ἑκατόμβην ὡς παρὰ Ἀθηναίοις τῇ Ἀθηνᾷ οὐδὲ μύρμηκα ὥσπερ ἐν Ἰσθμῷ Ἡλίῳ καὶ Ποσειδῶνι, ἀλλὰ κτλ.[138]).

Venimus ad sacrificia piscium. In universum valet, Graecos deis pisces non immolasse. Causa est sine dubio, quod heroicis temporibus pisces haud facile nisi cum necessitas urgeret, in cena apponebant.

Eustath. ad Od. X, 330 dicit: δῆλον δὲ ὡς εἰ μὴ ἀνάγκη ἦν οὐκ ἰχθυοφάγουν οἱ παλαιοί, et Plutarchus qu. symp. VIII, 8, 3: ἰχθύων δὲ θύσιμος οὐδεὶς οὐδὲ ἱερεύσιμός ἐστιν[139]).

Attamen saepius piscibus sacrificabant. Julianus orat. V, 176d dicit perinde ut canes et equos ἐν τελεστικαῖς θυσίαις pisces immolari, ἐν τιμητηρίαις non item. — Apud Athenaeum VII, p. 297 Agatharchides narrat »τοὺς Βοιωτοὺς τὰς ὑπερφυεῖς τῶν Κωπαΐδων ἐγχέλεων ἱερείων τρόπον στεφανοῦντας καὶ κατευχομένους οὐλάς τ' ἐπιβάλλοντας θύειν τοῖς θεοῖς«. Sed peregrinis »ἔθος παράδοξον« videtur. Deinde: Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἁλιέας λέγει θυσίαν ἐπιτελοῦντας τῷ Ποσειδῶνι ὑπὸ τὴν τῶν θύννων ὥραν, ὅταν εὐαγρήσωσι, θύειν τῷ θεῷ τὸν πρῶτον ἁλόντα θύννον, καὶ τάριχοι παρὰ Φασηλίταις ἀποθύονται. Φασηλῖται ἀνὰ πᾶν ἔτος ἔτι καὶ νῦν τῷ Κυλάβρᾳ τάριχον θύουσιν, τιμῶν-

135) Boeckhius C. I. G. 2360 suspicatur scribendum esse θύειν καὶ ὗα [ἥ]μ[ερ]ον, sed ipse dubitat, num recte vocem suppleverit. Si vero ἥμερον scribendum est, saepius sues silvaticas immolatas esse, conicere liceat.

136) cf. etiam Arrian. de venat. c. 33: θύειν δὲ χρὴ καὶ ἐπὶ θήρᾳ εὖ πράξαντα καὶ ἀνατιθέναι ἀπαρχὰς τῶν ἁλισκομένων τῇ θεῷ (Dianae).

137) cf. Engel: Kypros II, 155. 185. Apollini etiam lepores videntur sacri fuisse. cf. C. I. G. 2247. Philol. Suppl. II, 579.

138) Talpae (cf. Griech. Mythol. Preller-Plew I, p. 437) Neptuno non videntur immolatae esse. Cornut. 22, p. 194 cum Osanno pro voce ἀσπαλάκους vocabulum ἀσφαλείῳ scribendum erit. (cf. Paus. VII, 21, 3. Suidas I, p. 54).

139) cf. Plato rep. III, p. 404B, Schol. Aristoph. pax 717, Nitzschii comm. ad Odyss. IV, 363.

τες ὡς ἥρωα. Paroemiogr. gr. I, p. 172: *φασὶ γὰρ τοὺς Φασηλίτας ταρίχους τοῖς θεοῖς θύειν*[140]).

Priapo piscibus sacrificabant. — Anthol. Pal. X, 9, 14:

μοῦνον ἐνορμίταο παραὶ βωμοῖσι Πριήπου
ἢ σκάρον ἢ βῶκας φλέξον ἐρευθομένους[141]).

et 16: *Ναύτιλε ποντομέδοντι καὶ ὁρμοδοτῆρι Πριήπῳ*
τευθίδος ἢ τρίγλης ἀνθεμόεσσαν ἴθυν
ἢ σκάρον αὐδῆεντα παρὰ βωμοῖσι πυρώσας.

Atque etiam Hecatae pisces immolabantur. Athen. VII, p. 325: *Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς περὶ θεῶν τῇ Ἑκάτῃ φησὶ θύεσθαι τρίγλην — τρίγλαις κηλευμένα δέσποινα* dea vocatur. — Cornut. c. 34, p. 232: *καθιέρωσαν δὲ καὶ τρίγλην αὐτῇ.* — In insula Delo Athenaeus (IV, p. 173 a) dicit esse, qui *ἰχθυβόλοι* vocentur propter munera quae in sacrificiis faciendis praestent. Videtur intellegendum esse etiam hoc loco pisces immolatos esse.

Anguillae saepius videntur immolatae esse. Menander ap. Athen. IV, p. 146: *καὶ θύομεν τοῖς θεοῖς προβάτιον ἐγχέλεις τυρὸν μέλι κτλ.* et VIII, 365:

ἐγὼ μὲν οὖν, ὤν γε θεός, οὐκ εἴασα τὴν
ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε
εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἔγχελυν[142]).

DE NONNULLIS ANIMALIBUS QUAE QUIBUSDAM DEIS IMMOLARI NON LICEBAT.

Ut supra vidimus, aliis deis alia animalia optatiora fuisse eisque potius immolata esse[143]), ita aliis animalia immolari omnino non licebat, quae aliis saepe offerebantur. — Deis tantum »*τὰ νενομισμένα ἱερεῖα*« grata esse, multis locis dicitur. Artemid. II, p. 122, c. 33: *θύειν θεοῖς τὰ νενομισμένα ἑκάστῳ ἀγαθὸν πᾶσιν, τὰ δὲ ἀνόσια ἢ μὴ νενομισμένα ἱερεῖα θύειν θεοῖς, μῆνιν τῶν θεῶν οἷς ἔθυσέ τις προσαγορεύει* (ei qui hoc se fecisse somniavisset[144]). — Sed aliis locis alius mos aliaeque leges erant.

---

140) cf. Erasmus adag. p. 221.

141) *σκάρος* inter praestantiores erat pisces: cf. Athen. VII, p. 319 e. De boce cf. Athen. VIII, p. 356 b *ἑφθὸς εὔπεπτος, ὁ δ' ἀπ' ἀνθράκων γλυκύτερος καὶ ἁπαλώτερος.*

142) Aliis locis sacerdotibus et initiatis pisces neque edere neque attingere licebat. Megarae sacerdos Neptuni (Plut. qu. symp. VIII, 8, 4), Argis sacerdos Iunonis et qui sacris Cereris et Proserpinae initiati erant piscibus se abstinebant (Aelian. de nat. anim. IX, 65). Aliis locis pisces ex alveis quibusdam nemini licebat capere, praeterquam sacerdotibus (Paus. I, 38, 1).

143) velut Cereri sues, Baccho capras.

144) cf. Anton. Lib. met. 20.

Multis locis Veneri sues mactari non licebat.

Aristoph. Ach. 793 Megarensis dicit, sacrificia suum Veneri non placere, et Scholiastes adnotat: *πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων οὐ θύουσι χοίρους τῇ Ἀφροδίτῃ.* Artemid. V, 80, p. 267 *ἀναφρόδιτος γὰρ ὁ χοῖρος*, et Schol. Arist. pax 39: *ὗς — ἀναφρόδιτον γὰρ τὸ ζῶον*, et 40: *τοὺς ὗας ἀλλοτρίους εἶναί φαμεν τῆς θεοῦ, βορβορώδεις γάρ.* — Cornut. c. 24, p. 199: *ὗς διὰ τὴν ἀκαρθαρσίαν ἀλλοτρία αὐτῆς εἶναι δοκεῖ*[145]). — Erasmus adag. p. 525: *Ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν*: quando quis munus minime gratum obtulit. — Paus. II, 10, 4 Sicyone *ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐστίν, τῶν δὲ ἱερείων τοὺς μηροὺς θύουσι πλὴν ὑῶν.* — Etiam Nonnus Dionys. 41, 1064 Venerem sacrificia suum repudiare dicit. — Strabo IX, 483: *Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰς Ἀφροδίτας τὴν Καστνιῆτιν*[146]) *ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν*[147]).

Tamen multis locis Veneri sues mactatas esse constat. Athen. III, 15, p. 96: *ὅτι δὲ ὄντως Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται, μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι γράφων ὧδε· »Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται ὑστήρια*[148])«. Eustath. ad Il. XI, 417, p. 853: *διὸ (διὰ τὴν ἀσέλγειαν) καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ ὗς ἐθύετο καὶ μάλιστα παρ' Ἀργείοις, παρ' οἷς καὶ ἑορτὴ Ἀφροδίτης τὰ ὑστήρια*, et ad Odyss. XIX, 251, p. 1183: *λέγεται δέ φασι καὶ ἀφροδισία ἄγρα καθὰ πέρδιξ*[149]) *οὕτω καὶ σῦς, καὶ γὰρ καὶ ὁ χοῖρος κατωφερὴς εἰς ἀφροδίσια.* Athen. III, 49, p. 96: *ἐν τῇ Κύπρῳ Ἀφροδίτῃ οὕτω φιληδεῖ ταῖς ὑσὶν, ὥστε σκατοφαγεῖν ἀπεῖρξε τὸ ζῶον, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν.* — Athenis etiam Veneri sues mactatas esse, mihi quidem ex illo Aristophanis (Ach. 792) videtur apparere.

Apollini et Nymphis ovem suemve, Gratiis capellam suemve immolare titulo vetere Thasii vetantur. Archaeolog. Ztg. 1867, p. 1 sqq.: *Νύμφῃσι Κἀπόλλωνι νυμφηγέτῃ οἶν οὐ θέμις οὐδὲ χοῖρον.* et *Χάρισιν αἶγα οὐ θέμις οὐδὲ χοῖρον*[150]).

Paus. X, 32, 9: In Phocide est *ἱερὸν Ἴσιδος. ὗς δὲ ἐς τὴν θυσίαν οὐ νομίζουσιν οὐδὲ ὑσὶ χρῆσθαι καὶ αἰξίν*[151]).

---

145) cf. etiam Festus, p. 544.

146) in Pamphylia cultam.

147) cf. Hecker, comm. Call., p. 39, Avienus descr. orb. terr. 1015. — Engel: Kypros II, 183 dicit, Veneri Uraniae sues non mactatas esse, sed soli Pandemo. Quod si verum est, posteris demum temporibus constitutum esse potest, nam Venus Urania quae dicitur non a principio a Pandemo illa distincta est.

148) cf. Cicero de divin. I, 40.

149) cf. Joh. Lyd. de mens. IV, 44, 3; Porphyr. de abst. 3, 23.

150) Paus. II, 24, 1: Apollini Argis oves mactantur, Paus. VIII, 38, 6, in Arcadia sues. cf. Paus. X, 11, 4; Theocr. V, 82. — Ephemeris 1860. 53 n. 3798 in titulo Eleusinio: *Χάρισιν αἶγα.*

151) cf. Aelian de nat. anim. X, 16: *πεπιστεύκασι δὲ Αἰγύπτιοι τὴν ὗν καὶ Ἡλίῳ καὶ Σελήνῃ ἐχθίστην εἶναι. ὅταν οὖν πανηγυρίζωσι τῇ Σελήνῃ θύουσιν αὐτῇ ἅπαξ τοῦ ἔτους ὗς, ἄλλοτε δὲ οὔτε ἐκείνῃ οὔτε ἄλλῳ τῳ τῶν θεῶν τόδε τὸ ζῶον ἐθέλουσι θύειν.*

Sues multis locis impurae habentur atque etiam templis deorum arcentur. Strabo XII, c. 575 de templo Iovis Abbretani in Mysia culti: *τὸ δὲ τέμενος χωρὶς τῆς ἄλλης ἁγιστείας διαφανέστατα τῆς τῶν ὑείων κρεῶν βρώσεως καθαρεύει »ὅπου γε καὶ ἡ ὅλη πόλις οὐδ' εἰσάγεται εἰς αὐτὴν ὗς«.* — C. I. G. 5069[152]) *παραγγέλλεται πᾶσι τοῖς κεκτημένοις χοίρους τούτους ἐξελάσαι ἀπὸ τῆς προκειμένης κώμης, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχουσα τὰ περὶ τούτου κελευσθέντα πρὸς τὸ δύνασθαι τὰ περὶ τὰ ἱερὰ θρήσκια κατὰ τὰ νενομισμένα γείνεσθαι.* — C. I. A. III, n. 73 et 74 praescribuntur sacra *Μηνὶ Τυράννῳ* facienda: *καὶ μηθένα ἀκάθαρτον προσάγειν. καθαριζέστω δὲ ἀπὸ σκόρδων καὶ χοιρέων.* — Diod. 5, 62: *τὸν δὲ ἁψόμενον ἢ φαγόντα ὑὸς οὐ νόμιμον προσελθεῖν πρὸς τὸ τέμενος (τῆς Ἡμιθέας ἐν Χερσονήσῳ).*

Capras Pausanias narrat solos Lacedaemonios Iunoni immolasse. Paus. III, 15, 7: *μόνοις δὲ Ἑλλήνων Λακεδαιμονίοις καθέστηκεν Ἥραν ἐπονομάζειν αἰγοφάγον καὶ αἶγας τῇ θεῷ θύειν. Ἡρακλέα δὲ λέγουσιν αἶγας θῦσαι πρῶτον ἱερείων ἀπορήσαντα ἀλλοίων.* Hesychius autem et Zenobius testantur, ei etiam Corinthios capellas mactasse. Hesych. v. *αἶξ αἶγα: Κορίνθιοι θυσίαν τελοῦντες Ἥρῃ αἶγα τῇ θεῷ ἔθυον.* — Zenob. I, 27: *Κορίνθιοι θυσίαν τελοῦντες Ἥρᾳ ἐνιαύσιον τῇ ὑπὸ Μηδείας ἱδρυνθείσῃ καὶ ἀκραίᾳ καλουμένῃ αἶγα τῇ θεῷ ἔθυον*[153]).

Tithorenses et Epidaurii Aesculapio capellas non immolabant, cum Cyrenaeis liceret.

Paus. X, 32, 8 Ad Tithoream *ναός ἐστιν Ἀσκληπιοῦ· θύειν δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ὁμοίως νομίζουσι πλὴν αἰγῶν.* Paus. II, 26, 7: *τῷ Ἀσκληπιῷ αἶγας οἱ Κυρηναῖοι θύουσιν, Ἐπιδαυρίοις οὐ καθεστηκότος.*

Minervae etiam capellis non videtur sacrificatum esse. Athen. XIII, 51, p. 587: *ὅτι δὲ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῶον, οὐδ' ὅλως Ἀθηνᾷ θύεται διὰ τοῦτο, ἄλλος ἔστι λόγος.* Neque Athenis sacerdoti Minervae licebat agnas immolare. Androtion ap. Athen. IX, 17, p. 375: *καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν οὐ θύειν ἀμνήν.*

Aristot. Ethic. Nicom. V, 10 Graecos vetari Iovi oves immolare, viri docti putant[154]).

---

[152]) tit. ex Nubia, ex aetate Philipporum.

[153]) Facere non possum, quin hoc loco aliud exemplum afferam non admodum alienum a proposito, quo demonstretur, quam incerta sint, quae a singulis scriptoribus de his rebus prodantur. Scholiastes ad Soph. Oed. Col. 100 dicit *νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ Μούσαις κτλ.* et Plutarchus sept. sap. conv. 13: *αἱ Μοῦσαι καθάπερ κρατῆρα νηφάλιον ἐν μέσῳ προθέμενοι τὸν λόγον.* — C. I. G. 2448 autem praescribitur: *καὶ ἐπιχεῖσθαι πάντας ἀπὸ δείπνου ἐπὶ τὸ πρᾶτον ποτείριον τᾶν τε Μουσᾶν κτλ.* — et Athen. XI, 15, p. 504: *Πλούταρχος ᾔτησε φιάλην ἀφ' ἧς σπείσας ταῖς Μούσαις καὶ τῇ τούτων Μνημοσύνῃ μητρὶ προὔπινε πᾶσιν φιλοτησίαν.* — cf. quod p. 16 de sacrificiis Paci factis diximus.

[154]) cf. Hermann, Gottesdstl. Altt. § 26, adn. 3.

At res maxime dubia est cum propter incertam et mendosam scripturam[155]) tum ideo, quod ab hoc uno scriptore commemoratur. Praeterea certum est, Iovi a Graecis arietes immolatos esse. Luc. dial. deor. IV, 2 promittit Ganymedes se Iovi arietem immolaturum esse »*κριὸν τυθήσεσθαι τὸν τριετῆ τὸν μέγαν*«. — Aristoph. aves 568: *κἂν Διὶ θύῃ βασιλεῖ κριόν*[156]). Quin etiam de ovium sacrificio Iovi facto dicere videtur Pausanias IX, 3, 4: *αἱ μὲν δὴ πόλεις* (Beotiae) *καὶ τὰ τέλη θήλειαν θύσαντες τῇ Ἥρᾳ βοῦν ἕκαστοι καὶ ταῦρον τῷ Διὶ τὰ ἱερεῖα οἴνου καὶ θυμάτων πλήρη καθίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, ἰδιῶται δέ, ὁπόσα θύουσιν οἱ πλούσιοι· τοῖς δὲ οὐχ ὁμοίως δύναμις τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων*[157]) *θύειν καθέστηκεν.*

155) Codicibus traditum est *τὸ αἶγα θύειν ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα.* Lambinus coniecit *τὸ αἶγα θύειν ἀλλὰ μὴ Διὶ πρόβατα.* Sed Aristotelem si ad Thebaicum morem, cuius mentio fit Herod. II, 42, spectasset, scripturum fuisse: *ἢ τὸ αἶγας Διὶ θύειν ἀλλὰ μὴ πρόβατα* nuper iam recte monuit Ramsauer Ethica Nicom. Lips. 1878, adn. p. 335. Idemque recte mea quidem sententia l. l. IX, 2 verba *καθάπερ οὐδὲ τῷ Διὶ (πάντα) θύεται* explicavit p. 587 adn.

156) cf. etiam Paus. I, 24, 2; Schol. Apoll. Rhod. II, 653.

157) *Πρόβατα* ap. Bekker. anecd. p. 112: »*πάντα τὰ τετράποδα*« dicuntur, p. 296 autem, ut plerumque apud veteres scriptores, *πρόβατα* tantum oves significant. v. *προβάτεια: τὰ χωρία τὰ ἐπιτήδεια πρὸς νομὴν προβάτων καὶ αἰγῶν καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων.*


UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 063974981